l.ſ ¶ Si ad nõ faciẽdũ: aut papa ſibi aut alij aliq̃d retinuit aut nihil. ¶ Si papa ſibi vel alij aliquid retinuit veniẽs cõtra ꝑuilegiũ pape vel alij non ꝑiudicat: ꝗuis q̃tenus ipſum familiariter tãgit valeat renũciare.ar.ſ.qd met⁹ cã.c.pe.⁊ de arb.cum tempore.⁊ de inſtitu. cũ veniſſent.⁊ de dona.inter dilectos.⁊ d capel.mo.c.ij. ¶ Sꝫ ⁊ contra ius pape ſpacio centũ annorũ[a] preſcribit.ſ.de pſcri. ad audiẽtiã.⁊.c.cũ nobis.⁊.c ſi diligẽti.⁊ de cõfir.vtili.cũ dilecta. ¶ Quid ſi papa ſibi vel alij nihil reſeruat.aut ẽ conceſſuꝫ in fauorem eccleſiarũ: aut perſonarum. ¶ Si in fauorẽ eccleſiarũ: tunc delictũ pſone ⁊c.vt dictuꝫ eſt.s.eo. ſub ·§ reſpen.ſ. ſed tñ negligẽtia obeſt: ⁊ ideo eccleſia amittit priuilegium ſi prelatus tãto tpe cõtrauenerit qd preſcriptio ſit cõpleta ſaltẽ xxx.an.ſ.de priui.ſi de terra.⁊ c.accedentibus.ſed contra.ſ.de preſcript.illud ſolu.dic q priuilegium cum contra ius commune concedatur citius amittitur: qꝛ de facili reuertitur res ad id quod natura ⁊ ius ſibi cõceſſerat.ff.de pac.ſi vnus ·§· pactus.ver quod ſi nõ vt tolleret.ſ.de offi.delega.ſuper q̃ſtionũ·§ ſi vero duo.⁊ de cẽſi.cum venerabilis.ibi nec intelligat ⁊c.⁊ in priuilegio põt intelligi ſ.de pſcrip.ſanctorũ.ꝗuis ⁊ibi multos alios poſuerim intellect⁹ ſub rubrica de preſcrip. rerum immobiliũ ·§· que ſunt neceſſaria ſub ·§· hoc quo ad res.ver.tertium.⁊ tamen circa ius diſtinguitur vtrum videlicet ſit publicum vel priuatũ quod dicvt no.infra de renun. ·§· que poſſunt renunciari ¶ Sed ſi impetratum fuit priuilegium fauore perſonarum tunc contrario actu etiam vnico tollitur infra eodem cum acceſſiſſent in fine infra de prebendis, capitulo pro illorum.C.de pactis inter emptorem ⁊ venditorem .l. commiſſorie.et de iure dotium impe. lege ſecunda non obſta n=

te proteſtatione. infra eodem cum .M, ·§· verum. ¶ Et quia de proteſtatione multa ſcripta inuenio ⁊ ex gloſſis ſparſis modicam vtilitatem elicio et materia frequens eſt et neceſſaria: ad eius euidentiam ſic diſtingue. Cum queritur vtrum proteſtatio
17 † valeat diſtingue vtrum ſit contra ſubſtantiam negotij de quo agitur aut non. ¶ Si ſit contra ſubſtantiam.vt ſi recipiatur quis in canonicum habita proteſtatione ne prebendam recipiat non valet vt infra eodem cum .M. ⁊ de prebendis capitulo dilectus prima et ſecunda et capitulo inter cetera prima queſtione tertia ſi quis obiecerit. vel ſi quis intrat religionem habita proteſtatione quod ſua teneat vel proprium habeat infra de conuerſione coniugato. dudum.⁊ de ſtatu monachorum cum ad monaſterium.in fine infra qui clerici vel vouentes capitulo inſinuante.vel ſi quis contrahat cum aliqua habita proteſtatione qd prolem euitet infra de conditionibus appoſi
18 tis capitulo finali. ¶ † Si vero non contra ſubſtantiam ſubdiſtingue vtrum fiat extra iudicium vel in iudicio. ¶ Si fiat extra iudicium aut tangit ius meum.i.proteſtantis tãtum aut ius alterius. ¶ Si tangit ius meuꝫ tantum poſſum proteſtari ⁊ dicere ⁊ facere quod placet ex quo ius alterius non offẽdo ſexta queſtione prima pontifices infra de poſtulatione prelatorum bone memorie ſecundo reſponſo capitulo primo infra de cenſib⁹ capitulo olim.ff.de acquirenda hereditate pro herede.⁊ de tributaria actione.l.prima ·§ ſcientiam.ff.de legatis primo ſi mihi ⁊ tibi.licet enim expediat rei publice ne quis re ſua male vtatur tamen nec cuiquam hominum ius ſuum detrahi debet inſtituta de his qui ſunt ſui iuris vel alieni ·§· ſed hoc tẽpore.iuſtuꝫ eſt em̃ cuiq ſua cõmittere. C.de iudeis.nemo exterus.⁊ iure ꝓprio quilibet eſt moderator ⁊ arbiter.C.mãdati. in re mãdata. ¶ Sed ſi ius alterius tãgit aut ſubeſt iuſta cauſa neceſſitatis que proteſtationẽ corroborat aut non. ¶ Si ſubeſt iuſta cauſa neceſſitatis q̃ ꝓteſtationẽ corroboret vꝫ maxime vbi certo de dãno vitãdo.exẽpla.ſ.de of.ordi.paſtoralis.in ſi.xvj.q.iij·§ põt.ver.is autẽ.C.de anna.excep.vt perfecti⁹ .C. de vſu.acceptã.ſ.de ꝓcura .c.vl.·§· vl ſi iuſta cauſa.ſ. qd metus cã.c ſ.ſ.de ap.ſi iuſt⁹ met⁹.vij.q.ſ. põtifices. ¶ Quod ſi nõ ſubeſt iuſta cã aut ꝓteſtatio ẽ nuda aut veſtita. ¶ Si ſit nuda ꝓteſtatio per ꝯtrariũ actũ tollit.ſ.e.cũ.M·§ verũ. ibi ſine ꝑiudicio.ſ.de elec.in geneſi.x.ſi. ¶ Si vo veſtita ſit puta conditionalis eſt tũc valet hoc modo intellige infra de ele.cum ana. circa prin.⁊·§ penul.⁊ vl.ſic veſtitur per pa

cõ.ff.nau.cau.ſta.l.fi.§.reſpon.verſicu. tunc
ſi predixerit: q2 pacta licita ſeruãda ſunt. ff.
de pac. iuris gen.§. ait pretor. ſ. de pac. c.j.
¶ Item veſtitur coherentia conſenſus: vt ſi
conſentio quod res mihi obligata alienet:
ſaluo tamen iure pignoris.ff.qui.mo.pig.vl'
hypo.ſol.ſi debitor.§.j. ¶ Item veſtitur cohe
rentia expenſarum cauſa humanitatis fa=
ctarum ff.de nego. geſt. neſennius. et de re=
lig.⁊ ſum.fu. et ſi quis.§.ſi prohibuiſte. ¶ Qđ
ſi proteſtatio in iudicio fiat ſemper per con=
trarium actum tollitur. Sed quouſq; con=
trarius actus interuenerit ſemper valebit.
vnde ſi propono proteſtor qđ nihil dico ani=
mo conteſtandi litẽ valet. ſ. de ordi.cog.cum
dilectus.rñ.j.de teſti.dilecto reſpõſo.j. Sed ſi
poſt me loquatur iudex vel aduerſarius et
ſcribãtur verba. ⁊ iterum ego ſurgam et ſine
proteſtatione ꝓponã verba per que fit litis
cõteſtatio receſſum videtur a proteſtatione
arg. ſ. de dolo et contu. proinde. ¶ Sicut con=
ſueuit not. in pacto nudo quod non veſtitur
coherentia cõtractus niſi fiat incontinenti.
C.de pact.in bone fidei.i. antequã contrahen=
tes diuertant ad alia negotia vel ad actus
cõtrarios. ff. ad.l.iul.de adul.quod ait.in fi.
de duobus reis deben.duos.§. fin. et de vb.
oblig.continuus.⁊ de teſta.heredes palam.
§.vlti. ¶ Ideo cauti aduocati ſemper repe=
tunt et dicũt ſalua tali proteſtatione quam
ſ.feci ſic propono et facit ſcribi quia omnia
ſcribenda ſunt.ſ.de proba.quoniã contra fal
ſam.proteſtationes enim iudiciorum de fa=
cili admittuntur ſicut dilationes ſeu exce=
ptiones.ff.de ꝓcur.põponius.§.rati. ¶ Un=
de ſi recuſo iudicem vel ab alio appello. et
poſtea ſine proteſtatione ab eodem dicit pe=
to vel recipio: vel interlocutoriã audio tãq;
a iudice a proteſtatione videor receſſiſſe.ſ.de
of.deleg. gratũ.⁊.c.inſinuante.et.c.ſup que=
ſtionum.ſ.de teſti.cũ veniſſent.ſ.de ſen. et re
iudi.inter monaſteriũ. de appel. ſollicitudi=
nem.ad fi.ſ.de cenſi.olim.ff.de condi. inde.q
quis ſciens.ff.de iudi.ſed ⁊ ſi ſuſceperit. ⁊.l.
j.⁊.ij. ⁊ in aliis iuribus que not.ſ. eo.ſub.§.
licet aũt.ver. ſed ſi ĩpetratũ. ⁊ hoc intelligas
verũ niſi forte petat vl' det libell⁹ vl' dilatio
ad deliberandũ. ff. de iudi.non vr in iudicẽ.
iij.q.iij. offeratur. ſuper quo vide quod not.
ſ.de offic.deleg.§. ⁊qualiter finiat.ſub.§.nec
illud.§.qñ. ¶ Qñq; tñ plus prodeſt ꝓteſta=
tio † q; appellatio.C.de filiis fa.l j.et.ij.lib.x.
¶ Qñ3 etiã obeſt et melius eſſet abſtinere
q; ꝓteſtari ſ.de te.preſentium. ¶ Arctat etiã
ita demum ſi non ſit ꝯ ſtatutum publicum.
nec enim licet canonicis numerũ prebendarũ
ſtatutum in eccleſia ab antiquo reſtringe=
re: quia cultus diuini numinis non debet

minui ſ3 augeri.ſ. eo. ex parte
cui multa ſignantur ſimilia
atq; contraria ad quorum cõ=
20 ſonãtiam ſic diſtigue. ¶ † Cũ
queritur an capitulũ nouam
dignitatẽ [a] in eccleſia cõſtitue
re vel tollere valeat vel prebẽ=
das augmentare vel diminue
re. Dicendũ eſt qđ ſi querit de
dignitate de nouo ꝯſtituenda
autoritate epiſcopi hoc fieri
põt: quia diuinus cult⁹ ſemꝑ
augeri d3.xxv.q.j.que ad per=
petuam.⁊.q.ij.deceſſorũ.verſi.
quecũq;.⁊ de conſe.di. j.vaſa.
nec ob.ſ. de ꝯſue. cum olim: q2
factum narrat. nec eñi prohi=
bet quin hoc facere potuiſſet
ep̃s vel ibi forte nolebat capi=
tulum conſentire.vnde ibi re=
curritur ad illu3 a quo omnis
proceſſit dignitas.xxij. diſtin.
21 capi.j.et.ij. ¶ † Sed ſi queras
de augmẽto prebẽde. ſubdiſti
gue verũ nũerus ſit firmatus
iureiuran.vel a ſede ap'lica cõ
firmatus adiecta clauſula: q
ſi quicq; contra fieret: non va=
leret. ⁊ tunc ſubdiſ. vtrum fru
ctus excreuerint vel nõ. ¶ Si
fructus excreuerint: augmen=
tari poteſt ⁊ d3 q2 cultus diui
nus ⁊c. vt. ſ. dixi. ⁊ ꝓbatur in
aut. vt determina. ſit nu. cle.
ante fi.col.j C. de epiſ. ⁊ cler.l
eccleſiis.ſ.eodẽ.cum.M.§.fi.ſ.
de cenſi.quãto añ fi. ¶ Si ve=
ro fructus non excreuerint et
illa clauſula qđ ſi q̇cq; ⁊c.adie
cta eſt nõ valet qđ agit.ſ.de p̄=
ben.dilecto.§.quãq;. S3 ⁊ hoc
membrũ multas diuiſiões re=
cipit vt not. ſ. vt ec. bene.§.eſt
autem regula. ¶ Si aũt q̄ras
de dignitate tollẽda vel prebẽ
darum diminutione: aut con=
ſtat quod dignitas vel nume=
rus conſtituti vel confirma=
ti fuerunt autoritate apoſto=
lica vel non. ¶ Si conſtat
quod autoritas pape interceſ
ſerit alias interuenerit ſine
eius autoritate nihil dimi=
nui poteſt. argumen. ſ. de iu=
di. cum veniſſent. ſ. de confir.
vti.vel inuti.c.j.et.ij. et eſt ra=
tio: vt. ſ. de regul. iuris. om=
nis. ff. de regulis iuris. ni=

a ¶ An ca=
pitulũ no
ua3 digni
tate3. Ad=
de gloſ. in
c. ij. de v.
ſig. Inno.
i.c.cũ ꝯſue
tudinis.
de conſue.
Abb. in ca
pi.cum ac
ceſſiſſent.
de conſti.
in.ij.col.

hil tam naturale. ¶ Quid ſi autoritas pape non interceſſerit aut capitulum procedit in his autoritate propria aut autoritate proprij epiſcopi. ¶ Si autoritate propria nihil valet quod agit͛ etiã ſi confirmatio apo. ſe. per ſurreptionẽ vel in communi forma obtẽta interceſſerit. J. co. ex parte. Secus ſi ex certa ſcientia. J. co. cuꝫ acceſſiſſent. ¶ Sed ſi autoritate ep̄i in his ꝓcedant aut habẽt oĩa cõia aut diuiſa. ¶ Si habent oĩa cõmunia: non prodeſt autoritas ep̄i. ſi hoc faciãt priuata vtilitate ducti inter ſe redditꝰ diuidendo: nec enim fiet ep̄s autor in facto proprio. argu. ff. de auto. tuto. pupillus. recurritur ergo ad archiepiſcopum vel ad papã. arg. J. de iure patro. nullus. ſecus dicerem ſi fabrice vel alijs que ad diuinuꝫ cultũ ſpectãt ipſos redditus aſſignarẽt ar. J. de his que fi. a ma. par. ca. c. vlti. ⁊ de teſta. ca. pe. ⁊ vl. ¶ Quid ſi capitulũ diuiſum eſt ab ep̄o aut paupertas eccleſie hoc requirit: aut alia iuſta cã aut non. Si diuiſi ſunt ⁊ cã ſubſit: valet qđ agit͛: Sed ſi canon ſubeſt nõ valet: ⁊ ſm hoc intellige. J. de vita ⁊ ho. cle. qm̄. J. de inſti. c. j. ⁊ c. autoritate. J. de his que fi. a prel. tua nuper ⁊ c. ſeq. ⁊ J. de dona. paſtoralis. xvj. q. j. c. fi. de conſe. di. v. ieiunia. ff. de decre. ab or. fa. qđ ſemel. ff. de iure delib. ait pretor. pretor enim neminẽ volẽtẽ tranſigere audiet ſine cauſa ff. de tranſac. cum hi. §. vl. igit͛ oratio ibi ſi cauſa hoc erit requirendum ⁊c. ¶ Subdiſtinctio autem quã facio. ſ. vtrũ negotio concreta ſint vel diſcreta cõprobatur. J. de reſcri. edoceri. ff. de nego. geſt. cum actũ. ⁊ de minoribus etiam. § ſ.

In futurũ etiam arctat: nec trahit͛ ad preterita. J. e. cognoſcentes. xxx. di. ante triennium. C. de le. l. leges. ad quorũ cõtrarioruꝫ ſolutionẽ ſic diſtingue. ¶ Cũ queritur an conſtitutio de nouo promulgata trahatur ad preterita diſtingue. vtrũ iuri naturali. i. diuino conſonet: et tũc ad p̄terita trahit͛. J. de vſu. cũ tu. Uel iuri poſitiuo antiquo per qđ idẽ precipiebatur: ⁊ tunc ſi querebatur de bñficijs percipiendis in p̄iudiciũ illorũ quibꝰ iam prouiſum eſt nõ trahit͛. J. c. fi. Sed ſi querit͛ de ordinibꝰ percipiendis: tũc bñ trahit͛. J. de ele. cuꝫ in cunctis. §. hoc ſane. ⁊ de cõſue. c. ij. ⁊ de inſti. c. iij. § j. ⁊ ij. ¶ Uel de nouo oĩno promulgetur: ⁊ tũc nõ trahit͛. niſi de ipſis p̄teritis in conſtitutione ſp̄aliter caueat͛. J. co. c. vl. x. q. j. ſic quidam. C. de legi. l. leges. ⁊ de ſacroſan. eccle. l. pe. ⁊ ante penul. J. ti. j. ad audientiam. ij.

Que ſit pena non obſeruãtiũ ⁊ certe ſi quis eas nõ hꝫ arguẽdus eſt de neglectu: qui hꝫ ⁊ non obſeruat de temeritate corripiendus. xx. diſt. ſi decreta. qđ ſi correctus in contemptum romane eccleſie ſeruare noluerit hereticus eſt cenſendus. xx. diſt. de libel. inſuper ſaluis alijs penis: que non obſeruantibus per ſingula iura ſingulariter imponuntur. Illud in ſumma no. eſt qđ qui cõſtitutionẽ cõdere põt: poteſt ⁊ ipſam interp̄tari. J. de ſequeſt. poſ. c. j. J. de ſen. excom. c. inter alia. C. de leg. l. j. ⁊ l. fi. C. de lega. l. j. ¶ Itẽ conſuetudo interp̄tat͛ cõſtitutionẽ. ff. de legi. ſi de interpretatione. ⁊ l. minime. J. de conſuetu. cũ dilectus. §. dictus in fi. ¶ Itẽ interpretat͛ magiſter. C. de ꝓfeſ. l. j. li. xj. ¶ Itẽ interpretatur ⁊ iudex. ff. de legi. nam vt ait. ¶ Aliquando etiam minor interpretatur mandatum maioris. J. de poſtulatione prelatorum. capitulo primo. § nec valet. que autem interpretatio ſit generalis ⁊c. no. infra tit. j. § ⁊ de ipſiꝰ interpretatione. ¶ Extra ſummam notandum quod iudices tenentur ſequi conſtitutiones non ſenſum proprium. J. eodem capitulo primo ⁊ capitulo ne innitaris. ¶ Et ꝙ nemo debet priuari iure ſuo ſine culpa ſua infra eodem cognoſcentes. ¶ Et ꝙ prohibito principali prohibentur omnia ex eo deſcẽdentia infra eodem nam concupiſcentiam. Et idem iuris eſt in vtroque connexorum. a ¶ Et quod eſt de ſimilibus [a] ad ſimilia procedendum infra eodem tranſlato. ⁊ infra titu. primo inter ceteras.

a ¶ De ſimilibꝰ Adde card. zab. in. c. de mĩta. j. §. hoc idẽ in. ſ. no. de preben. doc. in. c. inter ceteras de reſcri. ⁊ bal. in. l. cõuẽticulaꝫ. C. de epi. ⁊ cleri.

¶ De reſcriptis ⁊ eorum interpretationibus. Rubrica.

1 Reſcriptum proprie quid dicatur.
2 Reſcriptum concedere poteſt qui conſtitutionem facere poteſt.
3 Actores ⁊ rei reſcripta impetrare poſſunt.
4 Seruus reſcriptum impetrare poteſt.
5 Excommunicatus reſcriptũ impetrare põt.

6 Reſcriptum contra pupillū impetrari pōt.
7 Maior contra minorē reſcriptum impetrat.
8 Reſcriptum ſuper quibus impetratur.
9 Reſcriptum in cauſis quas vires habeat
10 Reſcriptū preter ius quis impetrare poteſt quod etiam ſoluat creditoribus vſq̧ poſt quinquennium.
11 Reſcriptū contra ius diuinū an valeat.
12 Uexationē ſuam an quis redimere poſſit.
13 Priuilegium dicitur lex priuata.
14 Reſcriptū contra ius an dicatur ſuſpectum.
15 Reſcriptum contra conſuetudinem impetratum an valeat.
16 Negligentia vel malitia ſi poſſit imputari primo impetranti valet poſterius.
17 Reſcriptum continens indulgentiam vel priuilegium latiſſime interpretatur.
18 Reſcriptū quam iuriſditionē conferat.
19 Reſcriptū quā executionem conferat.
20 Reo citato inſtante an cogatur actor infra certū tempus exprimere omnes queſtiones quas mouere intendit.
21 Impetrās cōtra rectorē alicuiꝰ eccl'ie ſi aſſequitur moriatur nūquid ſucceſſor cōueniet.
22 Obijci qd poteſt cōtra impetrātes reſcripta.
23 Reſcriptū impetratū tacita ſ*r*itate an valeat.
24 Locus an ſit de ſubſtantia iudicij.
25 Beneficiū ſufficiens quid appellatur.
26 Beneficium maius vni clerico an debeat aſſignari quam alij.
27 Proceſſus autoritate literarum ſurreptitiarum habitus an valeat. ⁊ nu. 29.
28 Replicatio ante ſententiam omiſſa ex probabili cauſa admittitur.
30 Exceptiones que fiunt in reſcriptis.
31 Perſone coniuncte que dicantur.
32 Capitulum an dicatur procurator eccleſie.
33 Pena abutentium reſcriptis que ſit.

N ſuperiori titulo a dictum eſt de cōſtitutionibus ſed quia reſcripta quo ad illos quibus ⁊ inter quos credunt vim conſtitutionum habent: q2 ſecūdum ipſa procedendum ⁊ iudicandum eſt infra. e. c. ij. ⁊ c. cum dilecta. ⁊ infra de ap. nouit. ⁊ no. infra de offi. dele. §. quod ſit eius officium qui titulus huic affinis ⁊ cognatꝰ eſt. Premiſſo tractatu de conſtitutionibus dicendum eſt de reſcriptis. ⁊ ſic continuatur hec rubrica in qua videndum eſt. ¶ Quid dicatur reſcriptum ¶ Quis poſſit reſcriptum concedere. ¶ Quis impetrare. ¶ Et contra quem. ¶ Et ſuper quibus. ¶ Quas vires habeat in cauſis. ¶ Quod cui preiudicet. ¶ Et de ipſius interpretatione. ¶ Quod iuriſditionē conferat. ¶ Quod executionem. ¶ Quod contineat ius commune. ¶ Quod gratiā ſpecialem. ¶ Que poſſint obijci contra reſcriptum ¶ Que pena male interpretātium vel abutentium.

Quid dicatur reſcri

1 ptum† quod a b apoſtolico reſcribitur ad conſolationē qualē eſt illud ſecunda queſtione quinta conſuluiſti infra de of. dele. conſuluit vel ad relationem infra de procu. in noſtra vel ad intimationem infra eodem ex parte ſupra vel ad conqueſtionem infra de procura. querelam. vel ad ſupplicationem infra. de eo qui cognouit conſan. vxo. ſue. Jordane. Idem etiam ſi proprio motu alicui vel aliquibus corpori vel collegio vniuerſitati vel ciuitati mandat aliquid vel indulget: quod facit ius ſpeciale in negotijs ⁊ in perſonis in quibus ⁊ inter quas promulgatur. C. de legibus. l. ſecunda infra de conceſ. preben. conſtitutus.

Quis poſſit reſcri

2 ptum concedere† quicunque poteſt conſtitutionem facere quod dic vt no. ſupra de conſtitutionibus §. quis poſſit. ſed hoc intelligas de illo qui habet iuriſditionem nec enim quicunq̧ poteſt conſtitutionē facere h3 iuriſditionē vt p3. in corporibus ⁊ collegijs ⁊ quibuſdam alijs. ¶ Patet ergo quod papa in ſpiritualibus a Imperator in temporalibus a reſcriptum concedere poteſt. Sed vicarius domini pape non poteſt ipſum concedere extra vrbē infra de officio vicar. capi. penultimo quod intelligas de vrbe romana. ¶ Quoties enim vrbem dicimus: ⁊ nomen non adducimus: romam ſignificamꝰ. inſti. de iure natu. §. quod vero. ⁊ ſequenti ſic infra de officio ordinarij graue infra de voto: magne reſpon. prima ad fi. ⁊ de capella. monacho. capitulo ſecūdo §. ad hoc infra de penis. ca. ſignificauit. videtur tamē quod infra centeſimum lapidē: ſimiliarium

a ¶ Papa in ſpirituali bꝰ. Adde ca. ſolite. de ma. ⁊ obe. ⁊ in. c. cum ad verum xcvi. di. cl. romani. de iureiu. Cy. in l. ſ. C. de preci. impera. offe.

ipſum ꝯcedere poſſet.argu.ff. de off.pſe.vr.l.j.§.i initio epl'e. ⁊ breuiter quicunq̄ delegare poteſt ⁊ reſcriptum concedere qḋ dic vt not.j.de offi.lega.§. qui delegare.

Quis impetrare. 3 tā actor quā reus†.j.e.ceterū. ⁊.c.ad hoc.⁊.c.cū ꝯtingat.⁊.c. olim.⁊.c.capl'm.⁊.c.vlti.vbi aut reus ⁊c.j.de fil.preſby.ex tua.et de offi.vica.c.j.et de offi.dele.ex pte.j.⁊.ij.⁊.c.ex literis.et de reſti.ſpo.audita.et c.conquerente.de cleri.nō reſi. conquerente.et de cri.fal.c.ſi. puta impetrat ciſtercien.eps ꝯ dioc.ſup eccl'ia ſancti marci:⁊ ecōuerſo.hoc em̄ fieri pōt cū de limitibꝰ q̄ſtio ſit.j.de proba.ex literis.⁊ de relig.do.c.j. ſic fuit de ſctō ⁊ i cā obtinuimꝰ dū ciſtercien.eccl'ie p̄ſſemus. nec nocuit nobis.c.pri.alleg. Sed magis ꝓfuit nobis vita ſancti q̄ pro nobis faciebat: et ſepulture lapidū inducte.c.j. ⁊.j.de proba.cum cām.Et qui cūq̄ nō ꝓhibetur impetrare 4 pōt:qnimo etiā ſeruꝰ† impetrat.C.de pci.impe.offer.vniuerſis.ſeruus ēt ꝯ dn̄m audietur in caſu quem habes.ff.de his q̄ ſui vel alie.iur.ſunt.l.ij. inſti.de his q̄ ſui vel alie.iur. ſunt.§.dn̄orum.Prohibet̄ aūt a hereticꝰ[a].C.d ſum.tri.l.ij.⁊ de hoc.j.de here.§.qua pena feriat.¶†Item,exicōicatus[b].j. 5 b eo.dilectꝰ.⁊ d.pcu.c.vl.niſi de excōicatione ſua ⁊ cā eiuſdem mentionem faciat j.eo.ab excōicato.⁊ de offi.dele.cum cōtingat.⁊ de offi.ordi.ex parte. ⁊ de ſen.excom.cum pro cauſa.et niſi in cauſa appellationis vel ad defenſionem ſuam. vbi quidem valet ne innocens condemnetur.j.de preſump. literas.et de exce.cum inter priorem dilecti.dilecte ſignificauerunt venerabilem hoc optime dicit quoddam extrauagās quod incipit ipſo iure.quidā libri hn̄t q̄dā non.

a ¶ Hereticus. Adde Jo.d imo. i.c.q̄i eccl'iaꝝ de ꝯſtu.

b ¶ Exicatus Adde doc.in.c. prudētiā. i.§.ſexta. de of.dle. doc.in reſpe.c.intel: leximꝰ de iudi.doc.i c.j.de reſcri.lib.vj. et p.Feli. in ca.fi.de exceptio. vbi poſuit p'es amplīatiōes. Et an talis excōicatꝰ poſſit īpetrare p alio.vid p rotā ti.de reſcri.de ciſione.ix. i antiquioribus.

Cōtra quē. Cōtra quēlibet etiā ex communicatū ne de ſua malitia glorieē.j.de iudi.intelleximus.ſecus ſi non hēat perſonā ſtandi in iudicio nō propter delictū: ſꝫ propter etatis defectum.tunc em̄ tutor vel curator conueniendus eſt.j.de appel.ex parte. m.dn̄e.niſi in caſibus qui no.j.de pcu.§.qui 6 dare.ver.Item minor.xxv.an.¶†Sed ⁊ cōtra pupillum impetrari pōt ex quo fari pōt: qua muis libellus autoritate tutoris offerēdus ſit iuxta diſtinctionem legis.ff.de admi.tu.l.j.§.licentia.¶Ergo ſi fari nō poteſt ꝯ tutorem impetrandum eſt.⁊ idem videtur de furioſis ⁊ mēte captis ⁊ ꝓdigis.q̄ ⁊ ſi mētis ſue videant̄ ex ſermonibus compotes: aliquoties tamen niſi cito ſubueniatur quo ad bona ipſorum pertinet exitum faciunt furioſum.ff.de tu.⁊ cu.da.ab his.qui in ea cā ſunt ⁊ de cura.furio.l.j.⁊ ij.⁊.ll.ſequentibꝰ. ¶Uel dic qḋ non eſt facienda vis circa hoc in impetrationibus reſcriptorum licet ſit in conuentione iudiciaria faciēda.ergo contra quēlibet dummodo ſit de iuriſditione concedentis.alias non valeret.j.de offi.vica.c. pen.ff.de iuriſdi.om.iu.l.fin.¶Nec requirit̄ equalitas:imo impetrat minor contra maiorem.j.de fil preſby.veniēs.et de offi.ordi.ad reprimendam.¶Et par ꝯ parē.j.de fo.cō.ſane ſi epi.¶†Sed et maior contra minorem. 7 j.de cle.querelam.⁊.c.cum eccleſia vulterana.⁊ de exceſ.pla.grauē.¶Quia equalitas in iudicijs eſt ſeruanda.⁊ ſic iudicabitis maiorem ſicut minorem.j.de iudi.nouit.§.nūc igitur.ver.ceterum.j.de regula.ea que.§.j.⁊ de accu.qualiter.j.in fi.iij.q.ix.c.vlti.

8 Et ſuper quibus. † Super omnibus de quibus litigium eſſe poteſt ergo ſuper corporalibus ⁊ incorporalibus.j.de elec.q̄relā.¶Super ſacris ⁊ religioſis.j.de ſepultu.ex pte.et c.pe.⁊ vlti.j.de pigno.c.j.et.ij.ad tuitionē tn̄ ipſoꝝ nō impugnationem.ſic ſolue ꝯ.C.ſi ꝯ ius vel vti.pub.l.fi.ff.ne quid in loco pub.l. ij.§.ſi quis a principe.et.§.merito.¶Quinimo ⁊ ſuper corporibus ſanctorum impetrari poteſt.de conſec.diſt.j.corpora.¶Et ſup eccleſijs.j.e.c.ij.⁊ inter ceteras.⁊.c.oll.et ſup beneficijs.j.eodē.cū adeo.⁊ c.capitulum ſancte crucis.⁊ duobꝰ.c.ſequentibus.⁊.c.ex inſinuatione ⁊ ſequentibus.

9 Quas uires habeat. †In cauſis vt hoc melius videas ſcire debes quod reſcriptorum aliud ſcd̄m ius:aliud p̄ter ius: aliud contra ius:aliud ſcd̄m ius tale eſt decretalis epiſtola quod oīno vim conſtitutionis ⁊ autoritatem habet in cauſis diffiniēdis.xix.diſtinc. c.ij.et.iij.xxix.diſtinc.c.j.et.ij.xxij.diſtinc. omnes.Aliud p̄ter ius.⁊ hoc ſimil'r vi ꝯſtitu

tionis habet. vt pꝛoxi. dictis capi. pꝛobatur. nā ꝛ vix ferendū iugū a ſctā romana ſede im ponit eſt tñ hūiliter tolerandū. xix. di. in me= 10 moriā. niſi reddat rō quare non impleat. j. e. ſi qñ. ꝛ eſt ar. qð de oībus reddēda eſt rō con= tra. ff. de legi. nō oīm ſolutio. de oib' qb' pōt reddi dȝ rō. Sed qñq; non pōt quare non eſt reddēda ſm. t. ꝛ. g. et b. ſi ſic eſt qd ꝯ iū. nā ſp dicā aliud: vel ſpāle eſt ſi rōnē petas dicā nō poſſum reddere ꝛ p ꝯñs nō teneoꝛ. igit ne tā= ta ſequat abſurditas ſic diſtigue. ¶ Si qͣrat an rō reddi debeat: aut qͣrit de ſecretis diui= nis: ꝛ tūc nō eſt rñdendū: qꝛ diuinū ꝯſiliū nō eſt nimiū alte ſapiēti coꝛde dijudicādū. xxiij. q. iiij. nabuchodonoſoꝛ. ꝛ. c. ꝺ tiris. de pe. diſt. iiij. ſi ex bono. hec. eñ ſunt iſcrutabilia ꝛ in= cōpꝛehēſibilia. ad qð facit qð not. ꝺ de ſum= 11 ma tri. §. cur dicat ſumma. ¶ Aut de factis vel de verbis hominum ſtatutis ꝛ tūc ſi que= ratur de his q̄ ex volūtate pēdēt nō eſt reddē da rō vt in cōtrario ſignato: non omniū: niſi qꝛ ita voluit legiſlatoꝛ. inſti. de iure natu. §. ſed qð pꝛincipi. ꝛ ſequēti. exēplū. ff. de poſtu= lando. l. j. §. initiū. ibi rat' eſt q. d. voluit exē= plū. j. de ſen. ꝛ re iudicata. cū te. in fine exem plū etiā in publice honeſtatis iuſtitia. j. de ſpō. iuuenis. ꝛ. c. ſe. ꝛ de deſpō. ipu. lfas. ꝛ. c. ſe. ꝛ in adoptione. j. de cogna. leg. c. vnico. ¶ Modicā eñ rōnē pñt hr̄e ſtatuta hoīm ꝯ id qð concedūt ſtatuta dñi. ar. j. de teſti. lȝ ex quadā. in fi. ꝛ ptȝ in his q̄ not. j. qui cleri. vel vo. §. qs vouet. v. ergo. monacho. niſi ex ma= gna ꝛ ardua cā fiāt. Sȝ i talib' nihilomin' pōt pnceps ſpūalis de minima rōne magnā facere ex quo placet: vt pȝ. j. v. aliud ꝯ ius. ꝛ ſequēti. et tñ ſcriptū eſt qð de omni verbo ocioſo lȝ volūtarie pꝓferat qlibet redditur' eſt rōnē. ſȝ illud in alio foro ¶ Si vo qͣrit de his q̄ a nr̄ali rōne ſiue igenio hoīs depēdēt rō reddi pōt ꝛ dȝ. ꝛ ſic intellige. j. e. ſi qñ. xxx= vj. di. §. ecce. lxviij. di. coꝛ epi. xxiiij. q. iij. ſi a habes exemplū de vtroq; in vſucapiōe. nā ſi qͣras quare ſpacio triēnij ſit vſucapio limi= tata nō rñ. qꝛ bene potuit ꝯditoꝛ legū ſtatue re vnā diē plus: vel vnā diē minus. Sed ita placuit. ꝛ ſic hȝ locū. ff. de legi. nō oīm. Si vo queras quare res aliena vſucapiatur. rñ. ne dominia rerum ſint in incertū. ff. de vſuca. l. j. ¶ Non ergo recipias ſolutionē ſpeciale eſt niſi reddatur ſpecialitatis ratio. ſimile. j. de elec. licet. in fin. qꝛ niſi reddat arg. a ſimili lo cum habet. j. e. inter ceteras. ꝛ de ſta. mo. ſu= per quedam in fin. et de conſangui. et affi. tua. in fin ¶ Sed ꝛ diuerſitatis ratio reddē= da eſt alioquin ſolutio que fit aliud hic ꝛ ibi aliud non valebit ſic. ff. ad velleia. ſe. con. ſed et ſi ego. in fine. j. de ele. quod ſicut. §. ſuper eodem. j. de his que fi. a pꝛela. ſine conſenſu.

capi. cū apoſtolica. §. autoꝛitates.

¶ Poteſt aūt quis impetrare pꝛeter ius: † vt non teneatur ſoluere credi= toꝛib' ſuis vſq; ad quinquenniū dū= mo no idonee caueat qð tunc ſoluat. C. de pꝛeci. impera. offe. quoties. ꝛ. l. vniuer= ſa. Sed nunquid debitoꝛes ſui eodē iure vtē tur contra eū. ſic videt arg. ꝺ ti. pꝛoxi. cū oēs §. cū igit. ff. qð quiſq; iuris. l. j. ꝛ. ij. hoc verū eſt ſi ad petitionē ſuā hoc conceſſum fuerit. Secus ſi pꝛopꝛio motu pꝛincipis ſicut fuit factum de attingentibus ſe crucis ſigna cu= lo in generali cōcilio lugdū. ꝛ habetur hec diſtinctio. ff. qð quiſq; iuris. l. iij. ¶ Aliud cō tra ius ꝛ hoc ſubdiſtinguitur: qꝛ aut eſt con tra ius diuinū: aut contra ius poſitiuū: aut contra ius publicū aut priuatum. ¶ † Si ſit contra ius diuinum: aut eſt deſtructiuū: aut modificatiuū: aut pꝛouiſiuū: aut declarati= uum. ¶ Si ſit deſtructiuū iuris euangelici vel apoſtolici omnino reſpuitur: vt not. ꝺ. de ꝯſti. §. qs poſſit. qꝛ non hȝ imperiū par in pa= rem: vt no. ꝺ. de ꝯſtitu. qñ. §. ꝯſtitutio. ver. ra= tio. multo minus minoꝛ in maioꝛē: vt not. §. de conſtitu. §. qualiter. ¶ Si modificatiuum valet. vnde illud qð deus coniunxit hō nō ſe paret. ſic modificatur per ſummū pontificē coniunxit. ſcȝ conſenſu animoꝝ ꝛ carnis cō merſio alias ante carnis copulā per religio= nis introitū ſeparantur. j. de conuer. coniu. verum. ꝛ. c. ex publico. j. de ſpōſa. cōmiſſum. nō ſic ſi caſtitatem vouerit et vellet in domo pꝛopꝛia remanere. j. de cōuer. coniu. ex parte tua. §. vltimo.

¶ Item modificatur et aliter a illud verbum quos deus con iunxit homo non ſeparet. ſci= licet violenter ſine lege abſq; ratione. ſic modificat per Iſi= doꝛum trigeſimaſecunda que ſtione. v. quos deus a et vide ſu per hoc quod not. j. de tranſ= la. epiſcopi. §. cuius autoꝛita= te. verſicu. ſpirituale vero ma= trimonium. ¶ Sic modifica= tur dictum apoſtoli: opoꝛtet oꝛdinandum eſſe vnius vxo= ris virum. xxvj. diſtinc. §. pꝛi= mo. ꝛ capi. pꝛimo. ſi ad ſacros oꝛdines. j. de biga. ſup eo: qð dic vt no. j. de biga. §. qualiter bigamus. ꝛ. §. et an cum biga mo. ¶ Item apoſtolus dicit opoꝛtet oꝛdinandum ſine cri= mine eſſe. xxv. diſtinctione. §. nunc autem. Sed hoc modifi= cat per ſummos pōtifices qui ſtatuerunt etiā [illegible] os et in.

¶ a Quos deus con= iungit. ad de text. in capi. ſunt qui dicūt xxvij. ques= ſtio. ij. ca= pitu. ad li mina bea= ti Petri xxx. qͣſtio= ne pꝛima. capi. ebꝛō. xiiij. qͣſtio= ne. ij. ꝛ ſūt verba oꝛi= ginalia. Mat. xix.

a crimine adulterij[a] ⁊ minorib⁹ adulterio diſpenſari poſſe. j. de iudi. at ſi clerici pōt tñ dici quod hec nō ſunt ꝯtra apl'm: quia apoſtolus nō prohibuit diſpenſari. vel dic quod papa
b maior eſt paulo[b] in adminiſtratione. xx. diſt. §. j. nam papa ē loco petri. xxiiij. j. q. quoniam vetus. et ſic eſt vicarius
c ieſu chriſti[c]. j. de tranſlatio. epiſcopi. c. j. ij. ⁊ iij. Petrus eñ in adminiſtratione maior fuit paulo. ij. q. vij. puto. xxj. diſt. in nouo. ¶ Item ſm legem diuinam filij duorum fratrum ⁊ multe alie perſone legitie cōiunguntur que per legē canonicā prohibentur vt apparet in his q̄ not. j. qui fil. ſint legiti. §. qualiter ⁊ a quo. ver. ſi papa. et. z. eodem. §. rñ. j. verſicu. aut de fetis. ¶ Si ꝓuiſuȝ valet vnde ⁊ contra mandatum de dandis decimis quod habetur. xvj. q. j. reuertimini. prouidet dominus papa aliquibus immunitatem preſtādo. j. de deci. ex patre. Item quod amicabilis compoſitio admittatur. j. de tranſac. ſtatuimus. et. c. de cetero. j. de confir. vti. c. pe. j. de decimis. ſuggeſtum. ⁊. c. ex multiplici. ¶ Circa ſtatutum etiam veteris teſtamēti de non dandis temporalib⁹ pro ſpiritualib⁹ prouidetur: quia ex prouiſione ſuperioris pōt fieri. j. de pac. cū p̄dē. ⁊ de preben. niſi eſſent. quaſi ſuperioris autoritas vitium purget. ar. ff. de his qui not. infa. l. furti accipe. §. quod iuſſu. j. de tranſact. ſtatuimus. et. c. veniens, ſicut et autoritas principis minus ſolenne. teſtamentum reddit ſtabile. C. de teſtamen. omnium. et autoritas legis facit ex nudo pacto actionem dari. ff. de pac. legitima: que mutat ſubſtantialia. C. communia de lega. l. ij. et de rei vxo. act. l.
2 vnica. reſpon. j. † Item quod quis poſſit redimere vexationem ſuam. j. de ſimo. Matheus. ¶ Si declaratiuum valet, vnde et illud verbum

d domini: in ore duorum[d] ⁊c. quod habes. ij. q. iiij. in principio. j. de teſti. relatum. et ponitur negatiue. id eſt non pauciorum. j. de teſti. licet vniuerſi. ſic ⁊ exponitur illud verbum: vnius vxoris virū id eſt non plurium. xxvj. di. c. j. et. §. j. ¶ Si vero contra ius poſitiuum abijciendum eſt. xxv. q. ij. reſcripta. C. de preci. impe. offeren. reſcripta. nec enim ratione reſcrip. recedendum eſt a iure communi[l]. vt infra eodem. cauſā que. niſi expreſſum contineatur in reſcripto non obſtante tali iure: argu. ff. de lega. iij. ſi quis in princi. j. de offi. dele. ſuper queſtionum. §. intentionis. arg. j. de elec. eccleſia. §. deniq̧ ſecundum. t. ⁊. g. ⁊. b.

¶ Sed poteſt diſtingui vtrum reſcriptum ſit gratioſum et tunc valet. j. de priuilegijs per totum[l]. Quia priuilegi-
3 um † priuata lex eſt diſt in decto ne. iij. priuilegia. C. de inoffi. te. l. fina. quaſi in medio. l. ibi. Sed quibuſdam pſonis hec priuilegia loco ⁊c. et ideo ſemper cōtra ius. j. de verb. ſigni. abbate. §. contra quod. ¶ Unde cū priuilegiū aliquid operari debeat. C. de theſau. l. vnica. libr. x. ad muni. l. j. in fina. j. de priui. ex ore. et. c. in his. ff. de lega. j. ſi quando ſi hodie concederetur alicui. qd in qualibet cauſa poſſet libere appellare vt. j. eodem. c. j. forte poſſet tertio etiam contra iura appellare. j. de appel. ſua nobis[l]. et. C. ne liceat in vna eademq̧ cauſa ⁊c. in rubro et in nigro et ſine ſcriptis et ex interuallo contra. l. ff. de appel. l. j. in fine et. l. ſeq. ij. q. vj. propter ſuperfluam. et c. poſt appellationem. et. §. huiuſmodi. ¶ Quinimo etiā ſi non grauaretur. contra illud. j. eodem. edoceri. ⁊ de ap. vt debitus vt ſic papa videat̄ ipſum quaſi exemiſſe. ⁊ hoc ſatis denotat mens verborum libere et prorupit poſitorum

a ¶ In crimine adulterij. adde Spec. i ti. de le. j. §. j. ꝟ. nunc de ep̄orū. Et an poſſit diſpēſare cum adultero et iceſtuoſo ſit' vid p ſpe. ⁊ io. an ibi l add. l ti. q̄ fil. ſint le. Jo. d imo. l. l. ſi ita. ff. de lib. et poſthu. et Raph. cu. l. l. ij. ff. de ver. ob.

b ¶ Maior. eſt paulo. Adde inno. in. c. ſuper eo. de big.

c ¶ Uicari⁹ Jeſu xp̄i. Adde tex. i. c. ego ludo. lxiij. di. c. nō quales. j. q. j. cle. j. de iureiu. et in cle. paſtoralis. in. §. nos eā ex ſuperioritate de re iudi.

d ¶ In ore duor. Adde. c. ab iſto die. xxxv. q. vj. c. lȝ. de teſt. c. relatū. et l. j. ⁊ c. cuȝ eſſes. de teſt. et ſunt verba orginalia deuteron. xix. ij. ad corinthios. xiij. et Mat. xviij.

infra.e.c.j.nec ob.ꝙ opponi conſueuit qꝛ nõ eſt veriſimile principẽ qui iura tuetur ꝛc.nec eniꝫ propter hoc peruertũtur vel deſtruuntur iura ꝙ huic ſeruatur priuilegiũ ſuũ.infra de priui.dilecti.ꝛ.c.in his.qꝛ ad alios non exten datur.ꝛ infra de conceſ.preben .conſtitutus. imo in alijs non priuilegiatis ſeruabit̃ ius cõmune.nec ob.C.de inof.teſt.ſi qñ.qꝛ ibi com miſerat quare factus erat inteſtabilis.ꝛ ideo ſufficere debet ei quod reſtituit̃ ius cõmune. ¶ Sed hoc non intelligo ꝙ deliquerit.nec pono quanuis quidã hoc mõ ꝛ multis alijs intellexerũt.j.eo.c.j.Sed intellige vt predixi ¶ Uel ꝓ̃tẽtioſius:ꝛ tũc aut certũ ẽ qḋ a papa emanauit:aut dubitat̃ ſi certũ ſit ꝙ a papa emanauerit:ſequ ẽdũ ẽ qḋ videt̃ ꝑmũ ius reuo care ar.C.ḋ te.oĺz.¶ Si dubiũ cõſulẽdũ ẽ ꝑn cipẽ.j.ḋ offi.dele.ſane.ꝛ ḋ fid.inſt.paſtoralis. ꝛ ſm g.põt poni exẽplũ de dubio.j.de cõceſ. preben dilectus.de qua an per poſteriorẽ.j. de elec.ne pro defectu reuocetur poteſt pro babiliter dubitari.Sed certe de hoc nec nos nec pomponius.i.ſane intell:gẽs dubitam⁹.

14 ff.de trib.ac.procuratoris.ſ.i.fi.¶ † Prima tñ facie reſcriptũ cõtra ius ſuſpectũ eſt.j.e.c.ij.ꝛ c.cãm.q̃.ꝛ ideo ſecũda iuſſio expectabitur que ſufficiet ſine alia mentione in aut.vt nulli iu dicũ.§.ꝛ hoc ꝓo iubemus.col.ix.ꝛ de mã.ꝑn. §.deinde.col.iij.¶ Sed ſunt caſus in quibus nõ vꝫ niſi fiat mentio de iure cõmuni cõtra qḋ impetratur.j.e.nonnulli.ꝛ de eta.ꝛ qua.cam te.ꝛ de cle.non reſi.cũ dilect⁹.ꝛ.c.cum ad hoc quod ſpecialiter intelligi põt qñ impetrat̃ cõtra cõciliũ generale.j.eo.nonnulli vel late rañ.j.de capel.mo.c.pe.ꝛ vl.ꝛ idẽ dico de quo libet iure in quo ſpecialiter hoc cau tur.idẽ quando iuris ordo peruertitur.j.e.cãm que ꝛ quando.manifeſtã iniquitatẽ continet.j.e. c.ij.¶ Dicit tamen lex quod ſi aliquod reſcri ptum contra ius pretendatur eſt a tenendis manibus euellendum.C.de ſacrificijs paga norũ.l.iij.Sed loquitur quando ius publicũ offẽditur.ſic.ff.ne quid in loco pub.§.fi.l.ij.§.

15 merito.ꝛ §.ſi quis a principe.¶ † Sed ꝛ ſi re ſcriptũ cõtra cõſuetudinem impetretur:pre ualet conſuetudo ſi ſit laudabilis.j.de eo qui mit.in poſ.cauſa rei ſer.cuꝫ veniſſent.§.vl.nã ꝛ talis conſuetudo iuri poſitiuo preiudicat.j. de conſue.c.vl.¶ Si contra ius publicũ.ſcꝫ fiſcale vel publicam vtilitatem continẽs.reſ puitur.C.de preci.impera.offe.nec damnoſa ꝛ dixit ſupra.ver.dicit tamen lex.ſed ſecun de iuſſioni eius parendum:vt no.ꝫ ver.pri ma tamen facie.Si contra ius priuatum: puta mandatur ꝙ omiſſis dilatorijs proce datur in principali vel differatur vꝫ.vt not. ꝫ.§.quas vires.ver.poteſt nam modica dam na tolerantur vt.xij.queſt.ij.terrulas.ꝛ.cap. ſi quos de ſeruis.ꝛ.cap.bone rei.infra de his que fi.a prela.paſtoralis.nec pro modico da tur reſtitutio.ff.de integ.reſtit.ſcio.ꝛ modica deceptio toleratur vt.ff.de mino.in cauſe.j.§. idem pomponius.magna reſcinditur.C.de reſcin.ven.lege.ij.¶ Ceterum reſcriptum enormem leſionem inducens vel ius alterius in totum abſorbens nõ valet.C.ſi contra ius vel vti.publi.quoties.l.reſcripta.ad hoc. infra.de dou.apoſtolice.de deci.ſuggeſtum. infra de verbo .ſignificat.quid perſonale.ff. nequid in flu.pu.lege prima.§.ſunt qui pu tant.eo ſaluo quod propter delictum omnia bona aliquoties auferuntur.C.de bonis dã na per totum.infra ne clerici vel monachi re latum.j.de iude.ad deliberandam.infra de hereticis.vergentis.alias non eſt veriſimile quod princeps indulgeat improbam actio nem.C.de peti.bono.ſub.l.prima.lib.x.ff.de mino.denique in principio.¶ Ubicunque enim denegatur petitio ꝛ reſcriptum.C.ſi nuptie ex reſcripto pe.lege ſecunda.ꝛ argumen.in fra.eo.ſuper literis in fine.niſi forte aliquid ſit quod proſit impetranti:ꝛ nulli obſit.xxv. queſtione ſecunda reſcripta contra ius .ff. de ſenatorib⁹ nuptie.ar.ff.de rei ven.in fundo ꝛ vide quod notat ſupra ḋ conſtitutionib⁹.§. quando conſtitutio.ver.iij.vel niſi forte prin ceps alicui ſine exemplo ſubueniat inſti.de iure naturali.§.ſed ꝛ quod principi.ꝛ ſe.xxv. queſtione prima petiſti.in.fi.infra de conceſ. preben .conſtitutus.

Quod cui preiudicet Ut ḋ hoc articulo plenam habeas notitiã ſic diſtingue.¶ Cuꝫ ſecunda ſcriptura contra primam impetra tur aut vtraque eſt priuilegium:aut vtraque eſt reſcriptuꝫ.¶ Aut vna priuilegium ꝛ alia reſcriptum .¶ Aut vna eſt ſpecialis ꝛ alia generalis.¶ Item aut vtraque ſpecialis aut vtraque generalis.Si vtraque ſcriptura ſit pri uilegium dicunt quidam indiſtincte ꝙ nun quam priori preiudicatur:niſi poſterior de ipſa fecerit mentionem per iura ſignata.in fra.ver.ſed ſi vtraque ſit generalis.Mihi ta men videtur quod ſpecialis deroget genera li ſiue ſit ſpecialis poſterior.vt infra eodem capitulo primo.ibi enim dico ſecundam ſcri pturam ratione clauſule priuilegiate.ſ.remo ta appellatione ibi appoſite inſtar priuilegij obtinere quanuis alij non faciant vim.ꝛ ar. infra.de fo.compe.dilecti ſiue ſit prior.ar. infra de deci.ex multiplici.in toto eñ iure generi per ſpeciem derogatur.vt.ff.de regu. iuris in toto.xxv.queſtione prima.§.vltimo. ver.oportet.¶ Quid enim ſi alicui abbati de tur priuilegium generale:vt percipiat vni uerſas decimas alicuius parochie ab omni

bus exigat et in proprios vſus conuertat:
demum aliquis de parochia ipſa impetrat
immunitatem non facta mentione priui-
legij. argumen. quod valet. ꝫ. de deci. a no-
bis. ¶ Item pone quod carnoteñ. gaudent
priuilegio quod ſententie interdicti late pro
ipſis firmiter obſeruentur. ꝫ. de verbo. ſigni.
ex parte. ꝛ. c. ſi quẽ. nunquid ſi quis ſpeciali-
ter impetret quod ſibi liceat ſemel in anno
celebrare in eccleſia carnoteñ. non obſtante
generali interdicto valebit hoc ſpeciale pri-
uilegium: quãuis de primo generali non fa
ciat mentionem. ar. quod ſic. ꝫ. de. priui. cum
ꝛ plantare. §. quod ſi templarij. ꝛ. c. vt priui-
legia. §. vltimo. ¶ Dicendũ eſt igitur qꝺ ali-
quãtulum per ſpeciale detrahatur genera-
li et ſi de ipſo non faciat mentionem. non ta-
men dico quod in totum abſorbeat ar. ꝫ. de
priuile in his. ꝛ de cenſi. quanto. et de deci.
ad audientiam. ꝛ. c. ſuggeſtum. ¶ Quid igi-
tur ſi per ſpeciale nimis ledi contingeret ge
nerale dicaʒ quod nõ valet: non tam illa ra-
tione quia mentionem non facit ꝙ̃ conſide-
rata intentione principis. C. de emancipa.
nec auus. ꝛ no. ȝ. e. §. quas vires, ſub. §. ſi. ꝟ. ſi
ꝯtra ius priuatũ. ¶ Sed ſi vtraqꝫ ſit gñalis:
vel vtraqꝫ ſpecialis nõ valebit poſterior niſi
de prima fecerit mentionẽ. nec detrahet prio
ri in totum vel in partem. ſic intellige iura
que alij indiſtincte inducunt. ꝫ. de reſcrip. ve
niens. xxv. queſtione. ij. inſtitutiones. ꝛ capi.
preceden. ꝛ per totum. ¶ Sed et hoc ſubdi-
ſtinguo: quia refert vtrum vtraqꝫ ſit in cor-
pore iuris clauſa: et tunc poſterior priorem
corrigit vel determinat. exemplum. ꝫ. de de-
ci. ex parte. ꝛ capi. nuper. ꝛ vide quod not. ȝ.
de conſtitutioni. C. qualiter cõſtitutionibus
derogetur. vel vna ſit in corpore iuris clau-
ſa altera non ꝛ tunc ſemper in corpore iuris
clauſa preiudicabitur et ipſa non preiudi-
cabit. ꝛ eſt ratio: vt not. ȝ. eodem. §. quas vi-
res. verſicu. aliud contra ius. ſub diſtinctio-
ne que incipit reſcriptum. verſicu. ſi certum
ſit. ¶ Ideo non requiritur quando impetra-
tur contra priuilegium ciſterciẽ. quod ha-
bet de non dandis decimis in corpore iuris
clauſum. ꝫ. de deci. ex parte. quod de ipſo pri
uilegio fiat mentio ſed ſufficit quod ordo ex-
primatur. ꝫ. eo. cum ordinem. ¶ Sed alij il-
lud. c. intelligunt contra textum. et hoc lo-
cum habet ſaluo eo quod not. ȝ. eodem. ſub.
. §. poteſt diſtingui ſub diſtinctione vtrum re
ſcriptum. verſic. ſunt caſus. ¶ Ubi vero pri-
ma priuilegium eſt etiam generale non in
corpore iuris clauſum: et ſecunda reſcriptũ
etiam ſpeciale nunꝙ̃ derogatur priori niſi
de ipſa fecerit mentionem vt. ꝫ. eo. conſtitu-

tus. et de cleri. non reſi. dilectus. et capi cum
ad hoc. niſi ratione alicuius clauſule ad in-
ſtar priuilegij obtinentis maxime ſi priuile
gium ex natura ſui fuerit odioſum. ſic poteſt
intelligi. ꝫ. eodem capi. primo. quia per illud
priuilegium lites laxantur que reſtringen-
de ſunt. ꝫ. eodem. nonnulli. §. cum autem. et
ideo dixerunt quidam quod illud priuile-
gium nihil operabatur. tu dic vt not. ȝ. eod.
ſub. §. ſed poteſt diſtingui indiſ. vtrum reſcri
ptum. ¶ Item preiudicat vt priuilegium eſt
abominabile. ar. ꝫ. de fil. preſbyte. ex tua. ꝛ de
deci. tua. ꝛ ꝫ. eodem capi. ex parte ſequen. in
ſecunda colum. priuilegium enim de facili
in hoc caſu ad ius commune reuertitur:
ſicut ꝛ quelibet res ad naturam ſuam. ff. de
pac. ſi vnus. §. pactus. verſicu. quod ſi non to
leretur. ꝫ. de offic. delega. ſuper queſtionum
. §. ſi vero duo. ꝫ. de cenſi. cum venerabilis. cir
ca medium. ibi cum non intelligatur de no-
uo imponi ꝛc. multo minus derogabit gene
rale reſcriptum priuilegio generali vel ſpe-
ciali: niſi de ipſo fecerit mentionem. ¶ Ubi
autem priuilegium poſterius eſt et reſcri-
ptum primum in impetratione et citatione
nunꝙ̃ reſcripto derogat niſi de ipſo et actis
occaſione eiuſdem habitis fecerit mentio-
nem. ꝫ. vt lite pendẽ. dilectus. ꝛ de teſti. cum
cauſam que vertitur inter vos. §. primo ꝛ de
priuile. capi. penult. ¶ Quid ſi citatio reſcri-
pti non preceſſit priuilegium impetratum.
ſufficit quod in prima citatione allegetur
argu. ꝫ. eodem olim. ff. de iudi. ſi quis ex alie
na. ꝫ. de fil. preſbyte. ex tua. ꝫ. de offic. delega.
gratum. ꝛ capi. relatum. ꝛ capi. licet. de offi.
deleg. capi. vlti. §. vnico. ꝛ de in integ. reſti. cũ
veniſſent. §. vlt. ꝫ. de aliena. iudi. mutã. cauſa
facta. c. j. et. ꝫ. cõpetentẽ terminũ oſtẽdat. ꝫ. de
fide inſtr. ex literis. et de priuilegijs. cũ olim
eſſemꝰ. ꝛ hoc intelligas niſi priuilegiatꝰ mi
ſiſſet in fraudẽ ad ſedẽ apl'icã. ex quo ſciuit
reſcriptũ ꝯtra ſe impetratũ vt. ꝫ. eo. ꝯſtitutꝰ.
ꝛ de ap. ſuggeſtũ. ꝛ. c meminimus. ¶ Si ꝟo
vtraqꝫ ſit reſcriptũ ſed vna generalis et alia
ſpecialis ſemper generali derogabitur quã-
uis prior ꝓ ſpecialẽ lʒ poſteriorẽ: nec requi-
ritur quod de ipſa aliquam faciat mentio-
nem. ꝫ. eodem paſtoralis. §. quoniam. ꝫ. de of-
ficio delega. ſtuduiſti. ¶ Utrum autem prior
ſit generalis non inſpicitur in ſcientia ſeu
ignorantia noſtra: ſed potius natura natu-
rans apud quam omnia certa ſunt: vt. ff. de
iudicijs. ſed et ſi reſtituatur. §. vlti. quãuis
ibi econuerſo ſeruetur. et ideo prima ſpecia-
lis licet confuſa et incerta per poſteriorem
ſpecialem quãuis determinatam et certam
reuocabitur. ꝫ. de offici. delega. ex parte. ibi

enim prima ſcripta non reſpicit niſi vnum archidiaconatū. ¶ Sed incertum eſt nobis quem reſpicit antequam vacet: ⁊ ſic res ſiue commiſſio vnica eſt ⁊ certa: licet executio ſit incerta. Si. ff. de verborū obligatio. vbi autem non apparet. §. illud aut illud. ¶ Item quod autoritate generalis reſcripti legitime factum eſt: nō retractatur per poſterius ſpeciale. J. de fil. presbyte. ex tua. multo minus ſi factum ſit autoritate ſpecialis certi ⁊ indubitati. J. de reſtitu. ſpolia. audita. ſecus ſi iniuſte proceſſum fuerit. J. eodem cauſam que ibi minus quam ⁊c. iniuſte dico etiam quo ad opinionem ordinarij in caſu quem habes. J. eodem cum contingat. §. primo vel dic quod ibi reſcriptum cuius autoritate denūciatio facta fuerat incertū erat ⁊ dubitatum ⁊ de futuro pendebat. ſi. not. J. eodem ſub. §. ſequen. verſic. non ſolum hoc. ¶ Sed nec primum ſpeciale per ſecundum generale retractabitur. J. eodem abbate. poteſt et illud dici quod vbi vtrunq ſpeciale eſt quāuis incertum. ſicut dixi. S. verſicu. vtrunq. ¶ Quid ſi voluas caſum et dicas quod abbas primo recepit mandatum epiſcopi ſecundo mādatum pape: primo tamen in data puto quod ſecundo receptum preiudicabit primo. Sed contra videtur. J. de offi. delega. ex parte. j. ſolu. ibi impetratur ſuper eodem ſcilicet ſuper archidiaconatu primo vacante: et ideo non poteſt dici quod vtrunq reſcriptum teneat: quia ambo inſolidum ipſum habere non poſſunt. ff. commo. ſi vt certo loco. §. ſi duobus nec inter eos diuidi poteſt. J. de preben. maioribus. et hoc vero non ſuper eodem: ſed ſuper diuerſis impetratur: quia reſcriptum abbatis ſolum monaſterium reſpicit: reſcriptum vero epiſcopi reſpicit ipſum monaſterium ſed non ſolum imo et omnia beneficia ipſius diocelis. et iſto etiā reſpectu pōt dici reſcriptum abbatis ſpeciale: et ideo reſcripto epiſcopi generali derogat: vt not. S. verſiculo ſi vero vtraq ſit reſcriptum. non tamen abrogat: dico enim vtrunq valere: vt vtraq beneficietur: argumē. J. de dona. cum dilectus in fine. et de verbo. ſignifica. olim. et capi. abbate. ff. de conſtitutio. princi. beneficia. quod ergo dicit in capi. abbate recepto. ſubaudi maxime: vt probaui: nam in beneficijs potior eſt primo impetrās nec ob. J. eodem capitulo. reſponde enim vt nota. J. eodem ſub. §. ſequen. verſic. ſi malitia. ¶ Quid ſi abbas iam prouiderat ad mandatum epiſcopi anteq mandatum pape reciperetur: ⁊ certe quod legitime factum eſt ſtabile perſeuerat. J. eodem. cauſam que. et de reſtitu. ſpolia. c. audita. J. de fil. presby. ex tua. c. ꝯtra quia papa non ſcripſiſſet taliter ſi memor fuiſſet. J. de officio delegati. ex parte. j. ſemper enim defert illis pro quibus primo ſcribit. J. eodem literis mandatum abbatem: et ibi vbi pro alio ſcriptum non eſſet ⁊ ſecundū ſtilum curie: ſic ponitur tota die in litera non obſtante ſi pro alijs vobis ſcripſimus quibus volumus preiudicium generari. vnde nota. non dicit non ob. ſi pro alijs ſcripta noſtra receptiſtis. Sed ſi ꝓ alijs vobis ſcripſimus. Solu. ſi primo impetrans negligens fuit et permittit ſecundum impetrantem ſcienter ius ſuum proſequi ſibi preiudicabit etiam citra annum. argu. J. eodem mandatum. ibi proſequatur. J. de ſenten. ⁊ re iudicata. ꝙuis regulariter: ſed ſi nihil poteſt imputari ſemper potior eſt in iure prior tempore. J. de preben. venerabilis. et de conceſ. preben. propoſuit. vnde ſi quid eſt quod poſſit imputari illi qui ad abbatem impetrauit: ⁊ de ſe queratur alioquin principem conſulat in queſtione propoſita: qui ſicut ſibi videbitur mandabit primo vel ſecundo per epiſcopum prouideri ne videatur fruſtratoria impetraſſe. et ne vana et incōſiderata occurrat altercatio: vt ſepiſſime contingit precipue quando ſecundus impetrans ignorat de primo: ⁊ primus de ſecundo.

¶ Ubi autem vtraq eſt generalis: vel vtraq ſpecialis ſubdiſtinguitur ad cuius ſubdiſ. euidentiam ſic diſtingue. ¶ Si de reuocatione reſcriptorum queratur ⁊ vnicum tantum impetratum fuerit nō habet locum queſtio: quia perpetuum eſt. C. e. falſo. durat vſq ad. xxx. annos. C. de conſtitut. pe. l. ij. poſt princi. ibi: ⁊ neq lit in quocunq caſu annulis ⁊c. niſi impetrans preueniatur coram ordinario anteq reſcriptum iudici delegato fuerit aſſignatum. ſic intellige. infra de appellatio. vt debitus. preuenitur ergo delegata iuriſditio per ordinariam: nam et ordinaria preueniri poteſt per delegatam ſi aſſignatio reſcripti precedat: vt ibi et per aliam ordinariam. infra. de foro competen. propoſuiſti. ¶ Et nunquid delegata per delegatam preuenitur. dicunt quidam quod ſic et ita intelligunt: vt debitus. nos contra ne locus ſit figmentis ſicut. patet. infra. de ap. ſuggeſtum. argumentum infra eodem. nonnulli. §. primo ſi queratur. quare preuenitur delegata per ordinariā: rndet: qꝛ lꝫ oīs ptās a dn̄o deo ſit: tn̄ quodā particulari iure iuriſditio ordinaria a deo eſt et naturalis

⁊ ſacris vallata canonib⁹: ⁊ ideo fauorabi=
lior ⁊ firmior: vnde pro ipſa et cōtra delega=
tā interp̄tamur. ſ. eo. ad hoc ſumus. ⁊. c. fi. ℣.
aut lr̄as. ſ. de maio. ⁊ obe. per tuas. xi. q. j. p̄=
uenit. ad fi. xxv. q. ij. c. j. ij. ⁊. iij. p totū. delega=
ta vero ab hoīe eſt ⁊ accid. talis ⁊ extraordi
naria: ⁊ ideo p ordinariū de facili rumpit̄ et
etiā p̄uenit̄. ad hoc. ff. de offi. eius cui mā. eſt
iuriſd. l. j. §. qui mādatā. ſ. de of. dele. cū olim.
ij. ſ. de trāſac. de cetero. iij. q. iij. §. ei aūt. q2 ⁊ de
facili redit res ad naturā ſuā: vt no. s̄. eo. ℣.
Itē p̄iudicat vt p̄uilegiū. ¶ Si ℣o duo reſcri
pta īpetrant̄. ¶ Aut ab eadē p̄te. ¶ Aut a di
uerſis. ¶ Itē aut ꝯ eundē. ¶ Aut contra di=
uerſos. ¶ Itē aut ſuper eoſdem. ¶ Aut ſu=
per diuerſis. ¶ Itē aut ad eoſdem iudices.
¶ Aut ad diuerſos. ¶ Itē aut eadem eſt for
ma ⁊ data: aut diuerſa. ¶ Si quidē idē con=
tra eundē: ſuper eodē ⁊ ad eoſdē iudices im=
petrant̄ plura reſcripta eiuſdē tenoris ⁊ eiuſ
dem date vtrūq3 v3: ſicut etiam romana cu=
ria de cōſuetudine ſeruat que frequēter du=
plicat maxime ſi impetrās debeat trāſfreta
re: ſic nec nocet hr̄e plura teſtamēta eiuſdē
tenoris imo ꝓdeſt ꝓpter pericula imminen=
tia. ff. de teſtamentis. vnum teſtamentum et
de his que in teſta. delē. l. fi. ⁊ de bo. poſ. ſm
tabulas. l. j. §. ſi quis in duobus. inſti. de te=
ſtamētis. §. penul. ⁊ pro eodē facto ſcribit̄ iu=
dicibus ſemel ⁊ ſcd̄o. ſ. eo. olim. ¶ Si vero te
nor ꝯrius eſt ſibi imputet qui in vtroq3 vſus
eſt quia neutrum valebat. ar. C. de fide inſtr.
ſcripture. ſ. de fide inſtrumen. imputari. ſ.
de ap. ſollicitudinem. ad finem. ff. de regu.
iur. vbi repugnantia. ⁊ q̄n ap. ſit. l. ij. j. rn̄. ad
finem. ¶ S3 ⁊ ſi ſint eiuſdē tenoris: ⁊ diſcor
dant in data: diſ. vtrū. ſcd̄m faciat mentionē
de primo. ſic diſtinguā in inferioribus: ego
enim hic facio vim propter lites poſt datas
primi reſcripti exortas ad quas ſi de ipſis
velit agere primum reſcriptum non extendi
tur ꝗuis ſcd̄m extēderet̄ ſi ipſum diceremꝰ
valere. argu. ſ. eo. ad hoc ſumus. ⁊. c. fin. ver.
aut lr̄as. ff. de iudi. non videt̄. ⁊. l. non quēad
modum. ¶ Quid ſi idem contra eundem et
ſuper eodem ad diuerſos iudices impetra=
uerit. diſ. vtrum in fraudem fiat et tunc non
valet. ſ. eo. ex tenore. qua preſumitur quāndo
vtroq3 vtitur. ſ. eodem. c. vlt. ibi ſeu quenq3
⁊c. et argumen. C. de aſſertio. tollen. l. j. §. vlti.
vel bona fide vt ſi inueniat vnum mortuum
coram alio agat: et tunc vterq3 valet: quia
nec nocet plura habere teſtamenta: vt not. s̄.
eodem. verſi. ſi quidem. ſm. t. Jo. b. et. g. dico
cōtra nec dico qd̄ ſint eiuſdē tenoris: ex quo
diuerſi ſunt iudices q2 mutato iudice muta
tur iudicium. ff. iudica. ſolui. cum apud ſem
pronium. C. de iudi. properandum. §. ſi vero.

in medio triēnij. p̄nt ergo dici diuerſa reſcri=
pta ſiue etiam contraria ratione diuerſarū
opinionū q2 diuerſi diuerſa ſentiunt. ſ. eodē
ſuper literis. et hoc notat mens litere. ſ. de
offic. deleg. c. ij. ad fi. ſicut mutato herede te=
ſtamētū aliud dicitur. ff. de her. inſti. l. fin. va
let tamen poſterius ſi legitime factum ſit. ſ.
de cele. miſ. cu3 marthe. §. ceterum. C. de ſac.
ſan. ecc. l. j. xiiij. q. ij. vltia volūtas. §. ſ3 aliud.
¶ Unde dico quod qualitercūq3 ꝯſtet q̄ duo
reſcripta ad diuerſos iudices impetrauit: a
iure p̄ſumit̄ fraus ex q̄ nō fecit in vno de re
liquo mentionē. ⁊ ſic debet carere commodo
vtriuſq3. ſ. eodē. ex tenore. ibi nos attendētes
⁊c. not. qd̄ dicit īpetrantis: non dicit vtētis:
⁊ ſic apparet qd̄ ex ſola īpetratiōe voluit no
tare fraudem nedum ex vſu. ſ. eo. c. fi. ibi ſeu
quēq3. vbi dicit trahunt q2 illud reſpicit hoc
qd̄ dixerat pluribꝰ p̄ſonalibus ⁊ debes ſub=
audire eodem t̄pe alr̄s ad illū articulus non
habet locū pena: q2 ſi finita vna cā vult mo=
vt not.§.eodem.§.verſi. ſi receptum. ¶ Trigeſimoquarto: quia licet non fraudulenter impetrauerit: cū tale q̄d tacuit vel ſuggeſſerit: quo expreſſo vl' tacito reſcripto nullatenus habuiſſet: no.§. eodem.§. verſi. ſi talis. ¶ Trigeſimoquīto. quia poteſt inde elici equiuocationis fallacia not.§. eod.§. verſicu. quod ſi princeps. ¶ Trigeſimoſexto: qꝛ erratum eſt circa ſubſtantialia. no.§. eodem.§. verſi. ſi circa principalia. ¶ Trigeſimoſeptimo: quia nō fit mentio de priuilegio precedenti. ī. de p̄ſcript. veniens. ¶ Trigeſimooctauo: quia non fit mentio de diſpenſatione precedēti. ī. de fil. p̄ſby. ex tua. ¶ Trigeſimonono: quia tacet compoſitionem factam. ī. de deci. ex multiplici. ¶ Quadrageſimo: qꝛ tacet ſentētiam precedentē. ī. de dona. inter virum ⁊ vxo. per veſtras. ¶ Quadrageſimoprimo: qꝛ tacet ſtatutū. ī. de cle. non reſi. cum ad hoc. §. de ꝯſti. ex lr̄is. ¶ Quadrageſimoſcd̄o: quia tacet nobilitatem. ī. eodem. ſedes. ¶ Quadrageſimotertio: qꝛ tacet diuitias. ī. de off. dele. ſignificātib⁹. ¶ Quadrageſimoquarto: quia taceat appellationem ꝓpriā. ī. eodem. ex parte ¶ Quadrageſimoquinto: qꝛ taceat appellationē aduerſarij. ī. de ꝯfir. vti. bone. ¶ Quadrageſimoſexto: qꝛ tacet cām excōmunicationis ſue. ī. de offi. ordi. ex parte. ¶ Quadrageſimoſeptimo qd̄ cū pro pluribus cauſis excōicatus ſit vnam recitet. ī. de ſenten. excō. cū pro cā. ¶ Quadrageſimooctauo: quia tacet terminuꝫ appoſitum ab homine in appellatione. ī. de app. ſepe contingit.§. vlti. ¶ Quadrageſimonono: qꝛ nimis preuenit terminū legis: vt impetratione aduerſarium ſupplātaret. ī. de appel. oblate.§. lꝫ igitur. ¶ Quinquageſimo quia tacuit confirmationē dn̄i pape. §. de conſti. ex parte. de preben. dilecto.§. quāꝙ. et ſequēti. ¶ Quinquageſimoprimo: qꝛ tacuit ꝓceſſuꝫ habitū. ī. de ſen. et re iudi. inter monaſteriū. ¶ Quīquageſimoſcd̄o: qꝛ tacet beneficium ſufficiens. ī. e. poſtulaſti. ¶ Quinquageſimotertio: qꝛ tacet ſeriem facti. ī. de coha. cleri. ⁊ mu. ſuper eo. ¶ Quinquageſimoquarto: qꝛ tacet ſe clericū. ī. eo. cum adeo. ¶ Quinquageſimoquinto: qꝛ tacet ſe laicū. ī. de tranſa. ex lr̄is. ī. de teſti. ex p̄te ade. ī. ð arbi. inotuit. ī. de eo q̄ cog. ꝯſan. vxo. ſue. veniēs. ¶ Quinq̄geſimoſexto: qꝛ de ordine ſeu religiōe nō fit mentio ſpālis. ī. eo. cū ordine. ī. de confir. vti. porrecta. ī. de regula. qꝛ in inſulis. ¶ Quinquageſimoſeptimo: qꝛ non fit mentio. de regularibus. ī. qui cleri. vel vo. inſinuante. nā ⁊ regula ſeruari dꝫ. ī. de ele. cū monaſteriū. ī. de relig. domi. c. fi. ¶ Quinquageſimooctauo qꝛ non fit mentio de paupertate. ī. de inſti. c. j. ⁊. c. autoritate. ī. de cēſi. licet. ¶ Quinquageſimonono: qꝛ non fit mētio quod alius de facto poſſideat beneficium ſuper quo impetrat. ī. de conceſſio. preben. c. noſtris.§. auditor. ⁊. c. literas.§. vlti. ¶ Sexageſimo: qꝛ non fit mentio de lite pendente. ī. vt lite pendēte dilectus. nec lꝫ ſcd̄m. l. ſupplicare ante ſnīaꝫ diffinitiuā: niſi trib⁹ caſib⁹. C. vt lite pē. ſupplicare. necꝙ poſt ſnīam appellatiōe nō ſuſpenſa. ⁊ ſi qs ꝯuenerit infamis fit. C. vt li. pē. l. fi. ī. de ele. cū dilect⁹.§. vlti. i auf. vt iudices in medio litis nō expec. ſacra. ſuffi.§. ſuper hoc col. viij. ¶ Sexageſimoprimo: qꝛ grauata eſt eccleſia in alio. ī. eo. mādatum. ¶ Sexageſimoſcd̄o: qꝛ tacuit q̄ recept⁹ ſit in alia eccleſia autoritate pape. ī. e. in noſtra. in fin. ¶ Sexageſimotertio: qꝛ tacuit q̄ lr̄as vēdidiſſet. ī. e. ad audientiā. ¶ Sexageſimoquarto: qꝛ tacuit defectū nataliū infra de filijs preſby. per totum. ¶ Sexageſimoquinto: qꝛ tacuit exceptionē propoſitā infra de procu. in noſtra.§. nos vero. ¶ Sexageſimoſexto: qꝛ tacuit interlocutoriam latam: vt infra de ſen. ⁊ re iudi. cū olim. ¶ Sexageſimoſeptio: qꝛ tacuit nōia eccl'iarum. ī. de do. ⁊ cōtu. c. ij. ¶ Sexageſimooctauo: qꝛ tacuit in ſcd̄o articulum in primo principaliter delegatum. ī. eo. cū dilecta. ¶ Sexageſimonono: qꝛ tacuit dio. ī. e. ſignificāte. ¶ Septuageſimo: qꝛ tacuit ciuitatē infra. eo. rodulph⁹. ¶ Septuageſimoprimo quia tacuit certum numeruꝫ canonicoꝝ. infra de p̄ben. dilecto. ¶ Septuageſimoſcd̄o: qꝛ tacuit iuramētū. infra. e. cōſtitutus. ī fra de appel. qōni. ¶ Septuageſimotertio: qꝛ tacuit dignitatē reuocatā. §. de conſti. cum acceſſiſſent. ¶ Septuageſimoquarto: qꝛ nō fit mētio de iure dioceſani ſeu ep̄alis. infra de deci. dudū.§. vlti. ī. de offi. delega. ſuper eo. ¶ Septuageſimoquinto: qꝛ nimis eneruat iuriſditio ordinaria: vel nimiā gn̄alitatē cōtinet. ī. e. ad hoc ſum⁹. ī. de ſo. cōp. ex tenore. ⁊. c. ex p̄te. ī. de appel. vt debit⁹ p̄ mādatū eni gn̄ale nō ꝓhibentur niſi illicita. infra de reſtit. ſpo. audita. infra de ỽbo. ſig. ſuper q̄buſdā. xj. q. iij. q̄ p̄deceſſor. xxiij. q. ij. quos de⁹. ff. ð iure pat. adigere. ¶ Septuageſimoſexto: qꝛ gn̄alē clauſulā trahit ad multitudinē effrenatā. ī. eo. ſedes. qd̄ eſt ſi vltra quatuor cōueniat qd̄ dic vt no. §. eo.§. qd̄ cōtinet ver. ſed nec lꝫ. ¶ Septuageſimoſeptimo: qꝛ nō eſt impetratū ſm̄ ſtilū curie. ī. de crimine falſi ꝙ graui. ⁊. ī. de ſen. excō. ad ħ cū iter parochianos. ¶ Septuageſimooctauo: qꝛ ſuggerit monitorias p̄ceſſiſſe. ī. eo. ex inſinuatione. ¶ Septuageſimonono: qꝛ nulla cōmittitꝛ cauſe cognitio: ſed deferꝛ. ī. eo. ab excōicato, vel incitatꝛ vt ſuū offm̄ exequatꝛ: vt. ī. de offic. ordi. lꝫ in corrigēdis. ¶ Octuageſimo: qꝛ nō extenditꝛ ad dignitatē ſeu rectoriā: cū ſcribitꝛ

vel cõtradicẽdũ noĩe alterius ſine ſpãli mã-
dato: niſi ſit cõiuncta perſona: ſicut Hoſ. in-
telligit. Si tñ interſit cõtradicentis qđ nõn
tranſeat litera: cauet̃ ei ⁊ ſic cã recipit impe
trator: hoc de facto expertus ſui dũ pręſide-
bam ſiſtericieñ. eccl'ie ꝑpoſito de mõte celico
apteñ. dio. ꝯ crocieñ. ꝑpoſitũ ſiſtericieñ. dio.
impetrãte ⁊ me ac ſi ꝑſona coniuncta eſſem
cõtradicẽte qꝛ ep̃s ſuus erã: ⁊ intereſt prin-
cipis habere ſub ſe locupletes in auť. vt iu-
di. ſine quoquo ſuffra. §. cogitatio. colla. ij.
hec tñ ratio admiſſa non fuit per auditorẽ:
ſed tot alias habuit: qđ litera non tranſiuit.
¶ Sed qs ꝓbabit mãdatũ in nõ cõiunctis
perſonis? dicas qđ is qui dicit qđ de mãda
to impetratũ eſt. ff. de proba. ei q dicit. qꝛ ne-
gantis factũ ⁊c. iſra de electio. bone. ij. §. ꝯ ni-
ſi alius vellet probare impetrantem fuiſſe ꝑ
ſentem tempore date. J. de teſti. ex tenore. et
hoc idem locum hꝫ etiam ſi per principalẽ
dicãtur litere impetrate. ¶ Joannes diſtin-
guit vtrũ dicat in litera talis procurator et
tunc nõ eſt neceſſe ꝓbare. mandatũ quaſi in
curia videat̃ fuiſſe ꝓbatũ. ſꝫ ſi dicat talis et
nõ iungat ꝓcurator tũc neceſſe eſt probare
mãdatũ: qꝛ plerĩqꝫ fingunt ſe alios eſſe ⁊ ſub
noĩe alioꝝ impetrãt: ⁊ hoc eſt veꝝ niſi in cã
appellatiõis. ibi eñ nõ hꝫ locum hec exce
ptio. qꝛ non eſt veriſimile qđ aliqs negligat
ius ſuũ. arg. C. q ⁊ aduer. quos. l. j. ¶ Alij re-
ſtringũt hãc exceptionẽ ad caſum illi⁹ cõſti
tutionis: vt ver. quaſi dicat hoc hꝫ locũ quã
do cauſa mercimonij fit aliud ſi bona fide: qꝛ
vult ſubuenire actori habẽti. ar. J. de ꝯmo. c.
vnico. in fin. ff. de ſeruis expoꝛ. ſi ſeru⁹. quaſi
cauſa venalitatis finalis ſit ſꝫ potius credo
quod fuerit cõpulſiua ſicut dĩ de calfurnia.
ff. de poſtu. l. j. §. ſexũ. iſti. de attil. tu. rñ. j. ibi
vnde in his ⁊c. ⁊ hoc ſatis denotat mẽs ver-
boꝝ ibi cũ aũt lites ⁊c. ⁊ ibi de cetero ſine ſpã
li ⁊c. al's illa cõſtitutio nũqꝫ locũ haberet: qꝛ
hec fraus difficulter probaretur. Iteꝫ ſcđm
hoc coniũcte ꝑſone quas excipit poſſent im
petrare i fraudẽ cã venalitatꝭ: qꝫ ſentire ad-
modũ eſt abſurdũ. Dico cũ obijcit̃ ꝯ lrãm qꝫ
nõ eſt impetrata de ſpãli mãdato dñi. refert
vtrũ de cõi conſenſu impetrata fuerit: et cũ
de hoc conſtiterit: ceſſat hec exceptio. argu.
ff. de iudi. l. antepenulti ⁊. J. eo. ceterũ. §. vlti.
J. de ſenten. ⁊ re iudic. cãm que. in fine. ¶ Vel
alias: et tunc ſi fuerit litigatum in curia: vel
contradictum: idem videt̃. ar. J. eodem. c. cũ
dilecta. ⁊. c. ex parte decani. ¶ Sed ſi contra
dictum nõ fuerit: nec litigatum: et dominus
papa expꝛimit nomen propꝛium et certum:
locutionem talem quod non ſit timendum
de equiuocationis fallacia: et eſt certum qđ
notus eſt ei: idem vt pridẽ: puta dicit talis

capellanus noſter. ar. J. eodem. dilectus. ij. ⁊
J. de cleri. nõ reſiden. dilectus. idem videtur
ſi ſit perſona autentica contra quam nõ de
facili preſumatur. Sꝫ ſi ſit preſumptio pro
ipſo. ar. op. J. de cri. falſi. dura. vnde cum pre-
ſumptio iuris ſit pro talibus approbatione
mandati releuatur. arg. in his que not. J. vt
benefi. eccl. §. datur hec ⁊ alia regula. ¶ Ubi
vero perſona ſuſpecta eſt vel timet̃ de equi
uocatione habet hoc locum. J. eodem. c. vlti.
¶ Sed vt breuiorib⁹ vtar verbis dico iſtud
arbitrarium vt iudex qualitate perſonarum
inſpecta. J. de renũ. ſuper hoc qđ ſciſcitaris.
in fi. deferat iuramẽtum ei qui dicit: ſi et cre-
dat ei: vel ⁊ teſti vnico cõſiderata etiã re que
petitur. arg. J. de procu. ex inſinuatione. et. c.
ſequen. §. nos vero. J. de trãſac. c. vlti. J. de iu-
reiuran. c. fi. in fi. et. J. de ſenten. excõ. ſi vero.
ij. ⁊ ca. cum deſideres. §. ij. ⁊ vide quod not. J.
de ſpõ. ſub Rubrica de matri. §. qualiter im-
pediat̃. ver. vij. ⁊ ſequẽtibus. dicere aũt qꝫ ex
ceptio in iudicijs locũ nõ habeat nõ placet
mihi: qꝛ ſicut dixi predictũ cõciliũ ꝯtradicit
J. eodẽ. ex parte decani. §. vlti. ⁊. J. de excep. c.
olim. Sed hoc eſt verũ qꝫ vbi nõ opponit̃ lo-
cum nõ habet: ⁊ qꝫ niſi hꝫ perſonã ſuſpectã
ſi e mandatũ de facili comprobatur. ¶ Item
hoc videt̃ quod in reſcriptis gratioſis hec
exceptio locũ nõ habet argu. J. eo. nõnulli. §.
cũ autem lites. ¶ Nonageſimooctauo: qꝛ ta
cet dignitatẽ. J. e. ad aures. Sꝫ hic cadit di.
qꝛ cũ dignitas in impetratiõe reſcripti ſup-
primitur aut dignitatẽ habent eſt reus aut
actor. Si reus nõ valet. reſcriptũ. ar. J. eo. ſe-
des. qꝛ tales cõſueuerũt habere ꝓcuratores
in curia vnde impetrans preſumit̃ hoc ma-
litioſe ſupprimere: ne ſibi contradicatur. de
facili eñ ꝯtra impetrantes preſumi poteſt:
qꝛ cautelloſi ſunt. J. eo. nõnulli. ⁊. c. fi. ⁊. c. cete-
rum. in fi. et re⁹ fauorabilis eſt. ff. de reg. iur.
fauorabiliores. ¶ Si actor etiam impetrat
ſuper beneficio obtinẽdo. idem vt. J. eodem.
ad aures. ¶ Si ſuper al'o puta pecunia vel
feudo ⁊ agit nomine dignitatis. Idẽ qꝛ non
põt extẽdi ad dignitatem iuriſdictio: ex quo
reſcriptum de ipſa mentionẽ non facit. J. eo.
ſedes ſignificãte. ⁊ de duobus. c. ſe. ⁊. c. vlti. J.
de offi. delega. P. ⁊. B. ¶ Si nomine ꝓprio
et hoc facit in fraudem. idem. J. de offic. dele
ga. ſignificantibus. ¶ Si ſine fraude et tunc
valet: et in hoc caſu poteſt intelligi ſenten-
tia Goffre. qui ſcripſit indiſtincte decre. J. eo
dem. ad aures. intelligẽdam quando ſuper
beneficio impetratur. ¶ Nonageſimonono:
quia non fit mentio de conuentu: vbi impe-
tratur contra abbatem inter quẽ ⁊ cõuẽtum
ſuum ſunt omnia bona cõia: ſecus ſi eſſent
diſcreta. J. e. edoceri. tñ diſcrete agit: qꝛ abba
tem ꝯuenit nomine ſuo ⁊ cõuẽtus. nã ⁊ ſi cõ-

na diuiſa ſunt ⁊ cetera. Sed et in hoc caſu q̄uis ſyndicus vel yconomus agat tamē gubernator dicitur querelā exponere infra de electio querelam. et in his duobus caſibus eſt vera ſententia Bernar. ¶ Aut diuiſa: et tunc prelatus regulariter de iure ſuo per ſe aget vel p procuratorē: ſicut eligit generalē vel ſpecialē. ſ. de procura. auditis. ⁊ capi. petitio. ſ. de iura. calum. c. penulti. ⁊ vlt. niſi ex cauſa cōtra ipſum ſuſpitio oriatur. ſ. de procura. c. j. ⁊ collegiū per ſyndicū. ſ. de ſyndico. ca. vnico. ⁊ de iura. calū. in pertractādis. vel procur. q: non facio vim in nomine: vt notatur. ſ. de procu. §. quis dicat procurator. ver. ſed ſcd̄m iura noſtra. vel prepoſitū ſiue decanum qui adminiſtrationē gerit de conſenſu collegij: ſicut vides in abbate ⁊ ꝯuentu. ſ. eo. edoceri. ⁊ in hoc caſu intellige qd̄ non currit preſcriptio quo ad ius epiſcopale: id eſt quo ad ea que de menſa ſua ſunt vacante ſede et q nil debet innouari. Secus quo ad ius collegij: dūmodo prepoſitū vel decanū habeat: alias cōtra: eadē ratione. arg. in his que no. ſ. de elec. §. quo tpe. ⁊. ſ. de conceſ. preben. §. et infra qd̄ tēpus. ſ. eo. ex parte decani. hoc bene probatur infra ne ſede vacante. ca. j. §. attendentes. ibi cū non ſit epiſcopale ius ⁊c. et ibi. vt cum bathon. ⁊c. et ca. vlti. vbi incepta fuit cauſa contra epiſcopum ſine conſenſu capituli. Si ergo diuiſi ſunt vnus ſine reliquo admittitur: nec alium defendere compelluntur: vt. ſ. eodem edoceri. in fi. q̄uis prelatus cum cautione admitteret: vt dixit Ber. ⁊ ſic ſeruat curia romana: ⁊ obtinet de conſuetudine nec placet quod conſenſus prelati ſequens non ratificet. imo dicas qd̄ ratificat: vt probatur. ſ. de his que fiunt a prela. ſine cōſenſu capi. c. ij. et. iij. ⁊ de dona. paſtoralis. ¶ Hec tamen diſt. videtur deſtrui. ſ. de iudi. cauſam que. vbi bona diuiſa ſunt: et tamen innuit: qd̄ ſine prelato non poteſt conueniri conuentus. Sed intellige quod ibi cōueniebantur monachi ſuper eccleſia vel poſſeſſione alia ⁊ ſic ſecundū ea que. ſ. not. in princi. di. cum de diminutione ſeu alienatione agatur queſtio eſt cōmunis: poteſt ⁊ illud dici q

a quāuis prelatus poſſit eſſe [a] in iudicio ſine capitulo: non tamen econuerſo: cum nec ſine conſenſu epiſcopi poſſit ſubditus iurare. ſic per conſequens nec agere: ad hoc. ſ. de iura.

32 calū. c. j. ad fi. §. pen. ¶ Item capitulum† nō dicitur procurator eccleſie ſed prelatus. ſ. de donatio. c. ij. ⁊ j. q. iij. ſaluator. non ergo mirū ſi non procurator non admittitur: ſed is qui procurator eſt admittitur. hoc eſt quod dicitur quod prelatus habet ex officio negotiū eccleſie procurare. ſ. eodem. edoceri. et ſic admitti debet infra de preca. petitio. de hac materia tangit. ſ. de tranſact. §. quis poteſt. verſic. ſed queritur. quod dic vt not. infra de his que fiunt a prela. ſine conſenſu. capi. §. j. ante finem. in diſtinc. que incipit. cum queritur vtrum ea. ¶ Quid ſi prebende diuiſe ſunt: nunquid canonicus ratione prebēde ſibi aſſignate ſine cōſenſu capituli aget: vel conuenietur. argu. quod ſic infra de fide inſtrumentorum. §. perpetuus vicarius. quod credo verum indiſtincte ſi canonici inter ſe agāt quia quecunq lucretur capitulum nihil amittit. arg. ff. de lega. ij. vnum ex familia. §. j. ⁊ ſi. et. l. peto. §. facte. idē quo ad illos qui non ſunt de collegio niſi agatur de diminutione prebende quod ſi de diminutione agitur cum totum capitulum tangat: non admittam ipſum ſine conſenſu capituli: niſi ⁊ de rato caueat ſi agit vel de iudicato ſoluendo: ſi defendat. ¶ Centeſimo: quia tra-

b hitur qs vltra duas dietas [b] extra ſuam dio. infra eod. nulli. j. reſpon. ⁊ §. primo. ⁊ no. qd̄ aliud priuilegiū habet reus ſcilicet ne trahatur extra ſuā prouinciam. iij. queſtio. vj. nō liceat. ⁊ capi. vnaqueq. ⁊. c. neminem. et ca. ſi quis clericus. ¶ Quid ergo ſi trahatur extra duas dietas. ſed infra ſuā prouinciam. dic quod locū habet hoc priuilegium ceſſante antiquo. ¶ Sed quid ſi trahitur vltra prouinciam ſed circa duas dietas? dico quod ſi trahit autoritate pape ceſſat antiquum priuilegium: quia et in dictis capitulis autoritas apoſtolice ſedis excipitur et hoc eſt verum vbi papa certus eſt de facto: et hoc poteſt fieri fides: alioquin cum limites prouinciarum ignorare preſumatur: quia facti ignorantia plerunq peritiſſimos fallit. ff. de iuris et facti ignorantia. plurimum excipi poteſt contra literam. Et hec poteſt dici centeſima prima exceptio. idem eſt ſi autorita-

a ¶ Prelat⁹ pōteē. Adde Abb. ſ. c. edoceri. de reſcrip. abb. i. c. ſignificauit de appel.

b ¶ Ultra duas dietas. Adde tex. ⁊ ibi doc. ⁊ glo. i. c. ſtatutū. de reſcri. lib. vj.

omittitur: nõ omitet religio iudicantis. ff. de teſti. queſitũ ſcio: nã ⁊ qualitas locorũ hoc facere poterit: vt ſi hec exceptio in hyeme locũ habeat: nullũ tñ obſtabit obſtaculum in eſtate: vt ſi de morienſi ad ebreduneñ. dio. qs citetur ⁊ licet conſulã q magis adhereat iudex vulgaribus hec tñ ab ipſo inſpicienda erunt vt neq nimis delicatus tractus: nec oneroſus trahens in alterius partis enormi grauamine audiatur. ff. de pig. act. ſi ſeruos pignoratos in fi.

53 Que pena male impetrantium vel abutentium † ⁊ quidem vt careant cõmodo literarum ſecũdũ diſtinctiones quas ſ. fecimus. vt ⁊ cõdemnantur aduerſarijs in expẽſis: ac eſtimatione damnorũ que propter hoc eos conſtiterit pertuliſſe. ſ. eo. ca. vlti. in fine. in itinere ſiue in itinere ſiue circa ipſum iter expenderit. ſ. eo. ceterum in fine. C. qui accuſa. poſſunt qui crimen in fi. ſ. de elec. ⁊ preterite. ſ. de procura. cum pro cauſa. ſ. de dolo ⁊ contu. ex literis. ⁊. c. fine. ⁊ alias ſeueritati iudicantium ſubiaceant. xxv. q. ij. et ſi non negotio: ſed per. l. corne. de falſo puniri poſſunt. ff. ad. l. corne. de fal. ſi quis obrepſerit. ergo iudices non ad modum ſue rationis debent ferre ſententiã: ſed legũ veritati: ⁊ vigori iudicare ſatiſfacientes per oĩa puenire debent ad indaginẽ veritatis. C. de appel. l. vlti. in fi. ¶ Quedam enim cõditiones reſcriptis inſunt ⁊ ſubintelliguntur: quãuis nõ exprimantur. vt illa ſi preces veritate nitãtur. ſ. eo. ca. ij. Item ſi quis idoneus vel ſi qua idonea fuerit. ſ. de electionibus capitulo. cauſam que. ff. de mune. ⁊ hono. vt gradatim reſponſo. ſ. in fi. ¶ Item cum quis natalibus reſtituitur ſubintelligitur ſi ex ingenua nat⁹ ſit nam ſi de ancilla nihil agitur. ff. de nat. reſti. l. j. ſecundum Gof. hoc autẽ nõ dicitur ibi expreſſe: ſed quod ſi ingenuum ſe affirmauerit cũ non ſit nihil videtur impetraſſe. ¶ Item in conceſſione vic. ſubauditur ſi ciuiliter vtatur. ff. de ſerui. ſi cui ſimplici. ¶ Item in generali mandato patris querentis ſponſum filie ſue ſubauditur ſi perſona ſponſi patri oſtendatur: ⁊ talis ſit quem non ſit pater repudiaturus. ff. de ritu nuptia. ſi filius eius. l. generali. ⁊. l. quanquam. Item ſubauditur ſi fieri poteſt. ſ. eodem ſi quando. ⁊ nota quod duplex eſt impotentia iuris ⁊ facti infra eodem ſci ſcitatus. aliqui tamen dicunt quod quinq modis. aliqui quod ſex. ego dico quod omnis impotentia ad primos duos modos reducitur proſequor tamẽ nouem. vnde verſus. ¶ Poſſe dabit factum ius ⁊ natura poteſtas. ¶ Officium meritum commodum deitas ⁊ honeſtas. ¶ Poſſe dabit factum. De facto eñ nõ põt aliquoties aliqs ſoluere qđ debet: q non hʒ vñ ſuũ pauptas paſcat amorẽ: vñ excuſare videtur: ⁊ ſi iurauerit ar. ff. q ſatiſda. cog. l. fi. ſ. de iureiur. breui. infra de pig ſignificãte. ibi. quã idẽ nũcius. ⁊c. ſ. ð ſol. odoard⁹. ſ. de reſti. ſpo. olim vobis. ¶ Ius. hac impotẽtia mentiri nõ poſſumus. xxij. q. ij. faciat. nec vnus cõiugum ad religionem tranſire altero inuito poſt carnis copulã. xxij. qõe ſecũda agathoſa. quod dic vt notat infra de conuer. cõiu. § qualiter poſſit cõuerti. ¶ Et natura: quia puer vel naturaliter frigidus non poteſt cognoſcere mulierem infra de ſponſalibus iuuenis. ⁊ de deſpon. impuberũ puberes. ⁊ de frigidis ⁊ malefi. quod ſedem. ¶ Poteſtas: quia impeditus ſpecialis delegatus nõ poteſt compellere legatum ad exequendum: nec legatus ſpecialem. delegatũ quominus procedat infra eodem de offi. leg. ſtuduiſti. ſecundum Gof. vel melius filiuſfami. non poteſt prohibere patrem quominus res aduentitias pro libito adminiſtret: repugnante patria poteſtate. C. de bonis que liberis: cum oportet § non autem hipothecas. erubeſcit enim lex filios fieri caſtigatores parentum in autenti. de nuptijs § ſi vero expectet. collatio. iiij. infra de maiori ⁊ obe. cum inferior. ¶ Officium q non poteſt ligare ſuperiorẽ. xxj. diſt. inferior argumentũ. xxiiij. queſtione prima § ſed iſtud Auguſtini. vel par parem [a]: ſicut exemplificauit. Goffre. in precedenti membro: ⁊ probatur infra de elc. innotuit § quamuis. ¶ Meritum: quia nil iudeus iudeo. xxij queſtione ſexta nihil iniqui⁹. trigeſima queſtione ſeptima § tria. ver. idem teſtatur infra de adulte. c. penultimo ⁊ vltimo. C. de inoffic teſta. in arenam. ¶ Commodũ quia illud ſolum poſſumus. quod commode poſſumus. ff. de verb. ſignifica. nepos procu.

[a] ¶ Par parẽ. Adđ gl. in verbo marcellin⁹ in. c. nunc aũt. xxj. di. gl. in vbo cõfirmet. i c. j. de tre. ⁊ pa. ⁊ l. l. nam magiſtrat⁹. ff. ð ar.

lo.ſ.de ele.qꝛ ꝓpter.ſ.de dila.c.fi.§ pe. ¶ Certas quedã cũ cõgruunt diuine potẽtie tñ.ſ. ſcia ſecretoꝝ:vt not.ſ.§ quas vires ſub diſt. q̃ incipit ſi queratur ⁊ ꝓbatur.ſ de iudi. nouit inde eſt ꝙ iudiciũ ſuũ nec fallit nec fallit ſ.de ſen.exc.a nobis.ij.§.j.⁊ ſolus impotẽs eſt peccare de pe.di.ij.§.charitas.Itẽ qꝛ ꝑmiſſio ne dei ſublata aliquoties homo redditur impotens.Nã diſpoſitione diuina maioꝛib⁹ occupatur.xxij.q.ij.beatus.Et honeſtas qꝛ illđ ſolum poſſumus quod honeſte.ff.de vſu ⁊ ha.non taliter.nam etiam ea que aduerſus bonos moꝛes ſunt:nos facere poſſe credẽdũ nõ eſt.ff.de condi.inſti.filius.⁊.l.conditiones. ¶ Hec glo.multa offerentibus ⁊ in paucis ſubueniẽtibus:puta ꝓuincialibus ſubſidiaria eſt.vix enim aut nunq̃ erit quin per aliquã dictarum impotentiarum ſe valeant excuſare.Sed q̃s condẽnabit in expenſis:delegatus nõ:qꝛ non hꝫ iuriſditionem.oꝛdinari⁹ nõ:qꝛ nihil ad ipſum. ¶ Aliqui dicunt quod oꝛdinarius mihi videt̃ ꝙ idẽ delegat⁹: vt ſaltem quo ad cognoſcẽdum de precũ qualitate ⁊ cõdemnandũ de expenſis iuriſditionem habeat.ar.ſ.eo ſup.literis in fi.ſ.de appel.vt debitus.⁊ ſi non fecerit hoc requiſitus de ſuo pꝛopꝛio tenetur reſarcire.C.de iudi.ſancim⁹. ⁊ hoc intelligas verum niſi dicatur ꝙ pꝛimi iudices condemnent:qꝛ conſtat ꝙ iuriſditionem habent:⁊ ſic non ob.ſ. de dolo ⁊ contu. ex literis.alias lites ex litibus oꝛirentur qđ eſſet contra pꝛopoſitũ pꝛincipis.C.de fide inſtru.l.fi.ff.de eo qđ certo loco.quidã.ſ.de dolo ⁊ cõtu.finẽ.ſ.eo.nõnulli. ¶ Sunt aũt dãna et expenſe pꝛimo per iudicẽ moderãde ⁊ taxãde ⁊ poſtmodũ per iuramentũ pꝛobande.ſ.de ꝓcu.conſtitutis.ſ.de iniu.c.j.⁊.c olim.quãdoq̧ tñ poteſt agi de expenſis ⁊ nõ de dãnis.ſ.de iniurijs.in noſtra. ¶ Sed cum tam tradens reſcriptũ q̃ recipiẽs ⁊ abutens teneatur inſolidum quilibet.ſ.eodẽ.c.fi.j..rñ.⁊.§. vlti. nũqd vno ſoluẽte alius liberatur ſic.ff.de his q̃ deic..vel effu.l.iii. ¶ Sed nunquid qui ſoluit hꝫ actionem aduerſus alium:dic ꝙ ſic:ſi ante ſolutionẽ fuit ſibi ceſſa actio.ar.C.de fideiu. l.fideiuſſoꝛibus.alias contra:qꝛ ſolutione ei⁹ quod debetur tollitur omnis obligatio.inſti. quibus modis tollitur obligatio.in pꝛinci. Sꝫ certe nõ põt aliter deſiderare vt ſibi actiones cedantur.ar.ff.de admi.tuto.ſi plures.videtur etiã ꝙ cõtra vtrũq̧ agi poſſit. cum penalis ſit conſtitutio.ar.ff.de iuriſdi.om.iudi. ſi quid id qđ.§.vlti.Sꝫ illud in penali in qua actoꝛ petit qđ ſibi non abeſt nec reo adeſt et que introducitur pꝛo bono publico:aliud eſt in penali,in qua actoꝛ petit quod ſibi abeſt: ⁊ reo non adeſt:⁊ que pꝛo pꝛiuato commodo introducitur:vt infra eodem,ca.fi.in fi.ibi in moderatis ⁊c. quia pꝛima penalis eſt reſpectu vtriuſq̧:⁊ ideo contra plures agi põt.ſecunda penalis eſt reſpectu rei tantum:⁊ideo vno ſoluente alter liberatur.ff.de eo per quẽ factum eſt.l.j.§.ſi plures.

¶ De conſuetudine Rubrica.

1 ☞ Conſuetudo quid ſit.
Ratio eſt conſuetudini pꝛeponenda.
2 Cõſuetudo naturalis an pꝛeſcribi poſſit.
3 Cõſuetudo irrationabilis non pꝛeſcribitur. qꝛ nec pꝛopꝛie dicitur conſuetudo.
Conſuetudo quando ⁊ ex quibus dicatur iniqua ⁊ reprobanda.
4 Actus binus inducit conſuetudinẽ.
5 Conſuetudo qualiter ⁊ quot modis pꝛobari debeat.
6 Exemplis iudicandum non eſt..ſed legibus. ⁊ rationibus.
7 Cõſuetudo dicitur quaſi cõmunis aſſuetudo quia neminem excludit
8 Conſuetudo an valeat ꝙ quilibet poſſit debitoꝛem ſuum pignoꝛare.
9 Conſuetudinem allegans eam pꝛobare debet.
10 Teſtes quot requirantur in pꝛobatione conſuetudinis.
11 Cõſuetudinis virtus dicitur eſſe quintuplex.
12 Conſuetudo generalis que dicatur.
13. Cõſuetudo ⁊ pꝛeſcriptio qualiter ⁊ in quibus differãt.
14 Titulus ⁊ bona fides requiruntur in pꝛeſcriptione.
15 Conſuetudo erronea nõ iuuat.

Audiuimus de iure ſcripto ſed quia omne ius quo vtimur :aut ex ſcripto conſtat aut ex non ſcripto.inſtitutionũ de iure naturali.§.cõſtat quia quod in ſcriptis redigitur lex vocatur.quod autem ſine ſcriptis eſt:conſuetudo eſt.pꝛima diſtinctione.§. cum ergo. Pꝛemiſſo de iure ſcripto coꝛpoꝛe iuris clauſo ⁊ non clauſo.videamus de iure non ſcripto:⁊ ſic de conſuetudine ſimilis oꝛdo in.ff.veteri.⁊ inſti.in pꝛincipio decretoꝛum Dicendum igitur.
¶ Quid ſit conſuetudo.
¶ Obtentus quanti tempoꝛis conſuetudinem firmet.
¶ Quot actus conſuetudinem inducant.
¶ Qualiter pꝛobari debet:⁊ quot modis.
¶ Quis debeat pꝛobare conſuetudinem.
¶ Et per quot teſtes.
¶ Que ⁊ cui pꝛeiudicet.
¶ Et de virtute ipſius.

1 Quid ſit †cõſuetudo.ᵃ Jus qḋdã moꝛ=
ribꝰ inſtitutũ qḋ pꝛo lege ac=
cipitur cũ deficit lex diſt.j.ꝯſuetudo. viij.di.
fruſtra ⁊ dicitur moꝛibus inſtitui.i.aſſiduis
vel frequentibus actibus hominũ. Conſue=
tudini autẽ eſt ratio pꝛeponenda: nam ſicut
per.l. fit pꝛobatio: ita per rationem. Sed ſi
vtrunqꝫ deficiat: de ſimilibus ad ſimilia eſt
pꝛocedendum.xx.diſt.de quibus.ꝫ.tit.j.inter
ceteras.ff.de legi.nam imperatoꝛ. ⁊ inferius
plenius apparebit. Sed quia nimis bꝛeuis
eſt hec deſcriptio: ideo vt omnia includas ſic
poteſt magiſtraliter deſcribi. ¶ Conſuetu=
do eſt vſus rationabilis: competenti tempo=
re pꝛeſcriptus vel firmatus: nullo actu con=
trario interruptus binario actu ſeu cõtradi=
ctoꝛio iudicio: vel qḋ non extet memoꝛia in=
ductus vſuqꝫ cõmuni vtentium compꝛoba=
2 tus. ¶ Bene dixi rationabilis†: ſic eñ pꝛe=
b ſcribi poteſtᵇ.j.e.c.ij.et.c.cum olim.⁊.c.cum
dilectus et.c.cũ conſuetudinis.j.de poſtula=
tio.pꝛelato. bone memoꝛie.ij.§.ceterũ.in fi.j.
de elec.ſcriptum.c.cumana.c.in gene.in fi.j.
de foꝛo cõpe.cũ cõtingit in fi.C.de emanci.l.
fi.de cleri.cõiug.cum olim ad fin.j.de officio
archidia.c.fi.⁊ de exceſſibus pꝛelato.c.acce=
dentibus.C.de edifi.pꝛi.l.iij.⁊ que ſit lõg.cõ
ſue.pꝛeſes.oĩa iura iſta dicunt cõſuetudinẽ
attẽdendã in iuriſditionibus: ⁊ electionibus
⁊ ſimilibus: ⁊ generaliter tibi trado: qḋ vbi=
cunqꝫ ius deficit: ſemper tenẽda eſt cõſuetu=
do: dũmodo nõ ſit iniqua: vel alias a iure re
pꝛobata.ff.de legi.de quibus.⁊.l.nam impe=
ratoꝛ.xj.diſt. in his vtrũ aũt ſit rationabilis
vel non relinquo iudici cuꝫ nec certa regula
poſſit tradi.ar.j.de offi.dele.de cauſis.§.vni=
co.ff.de vſuris.moꝛa.⁊ de teſti.l.iij.et de ver.
obl.l.cõtinuus. ⁊ de ac.⁊ obl.l.fi.j.de trãſac.
c.fi. ¶ Ut tñ ſcias illã cõſuetudinẽ rõnabilẽ
foꝛe que a iure cõpꝛobat̃ et quã romana ec=
cleſia ſeruat ⁊ pꝛecipit obſeruari: nec eſt cõ=
tra fidẽ etiã ſi cõtra cõcilia ſit xj.diſt.nolite.
de ꝯſe diſt.j.baſilicas.ſuper quo vide qḋ no.
j.de cog.ſpiri.§.quis ſit effectus.ver.effectus
vero tertie.et quã q̇s in pꝛeiudiciũ ſuũ indu=
cit.ff.cõia pꝛedioꝛũ.ſi venditoꝛ.§.conſtat.ſed
tũc magis vꝫ rõne pacti q̃ꝫ rõne ꝯſuetudinis
ſm Gof.tu dic vt no.j.ſub.§.extra ſummã.ᵽ.
tertia. ¶ †Irreuocabilis aũt vel iniqua non
3 pꝛeſcribit̃: qualis eſt illa.j.eo.c.j.et.c.ad au=
dientiã.⁊.c.quãto.⁊.c.cũ inter vos.c.cũ vene=
rabilis.⁊ ca.ex parte.j.de elec.maſſana.j.de
ſenten.⁊ re iudica.cum cauſa.⁊.j.de vita et
honeſt.cleri.cum decoꝛem.et de pꝛeben.ex=
tirpande.et capi.venerabilis.et de inſtit.ad
decoꝛẽ.j.de ſimo.non ſatis.et capi.ſequenti.
Et generaliter vbicunqꝫ per ius expꝛeſſum
repꝛobatur: vel alias eſt iniqua quia cõtra-

c ria iuri naturali.i.diuinoᶜ: qꝛ
in lege ⁊ euãgelio ꝯtinet̃: vel ſi
ſit cõtra cõcilia in his q̄ ad fi=
dẽ ſpectãt nõ vꝫ: vt in pꝛin.de=
cretoꝝ.⁊.viij.di.§.dignitate.⁊
c.ſequẽti.xj.d.c.j.⁊.ij.hoc quã
tũ ad p̃cepta moꝛalia: ſeu pꝛohi
bitiones: vt honoꝛa patrẽ tuũ
⁊c.⁊ non occides.⁊c.ſecus de
miſticis ſeu ſerimonialibꝰ: vt
de cuſtodiẽdo ſabbato: ⁊ quod
mulier arceat̃ ab ingreſſu ec=
cleſie ſi maſculũ pariat.xl.die=
bus.ſi feminã.lxxx.vt.v.di.c.j.
⁊ c.ſequẽ.⁊ di.vj.§.is itaqꝫ ſm
hᵒ põt itelligi: qꝛ naturalia iu=
ra immutabilia pmanẽt inſti.
de iure naturali.§.ſed natura
lia.⁊ qḋ male adinuenta pꝛa
ueqꝫ ꝯſuetudines: nec ex lõgo
tpe: nec ex lõga ꝯſuetudine cõ
firmant̃.l.aut.vt nulli iudi.§.
qꝛ ᵽo.col.ix.xxxij.q.vij.flagi=
d tia.qꝛ tanto ſunt grauioꝛa cri=
minaᵈ ⁊c.j.eo.c.fi.de eo q̇ du=
cit in matri.quã pol.cũ habe=
ret.huius aũt iuris naturalis
ignoꝛãtia neminẽ excuſat: qḋ
dic vt not.j.q.iij.§.notandũ.et
in ſumma Hug.ſup.d.§.et.j.
de renũ.niſi cũ pꝛidẽ.§.pꝛo de=
fectu.⁊ de hoc iure dicitur qḋ
nihil intereſt in vitio decipe=
re: vel decipi poſſe.xvj.queſtio
ne pꝛima.ſi cupis.⁊ ignoꝛans
ignoꝛabitur.xxxvij.diſtinc.§.
vt itaqꝫ. ¶ Uel quod nõ valet
ſi ſit contraria iuri naturali.i.
nature naturanti: id eſt deo
quaſi dicat ſi conſuetudo con=
tradicat iuri: quo non ſerua=
to anima periclitatur: repꝛo=
banda eſt.nam generaliter ti=
bi trado: quod vbicunqꝫ con=
ſuetudine ſeruata periclita=
retur anima: non valet ſuper
quo vide quod nota infra de c

a ¶ Quid ſit ꝯſuetudo. Adde Cy.in l.ij.C.que
ſit lon.ꝯſue.⁊ per doc.in ru.de ꝯſue.⁊ in quo
differt a lege ſtatuto ſtilo ⁊ pꝛeſcriptione.vi=
de glo.in.c.ceterũ.de teſti.cog.

b ¶ Pꝛeſcribi põt. Adde abb.in.c.j.in.j.col.de
ꝯſue.Car.⁊
c.fi.e.titu.
car.⁊ doc.
l.c.cũ eccl.
de cã poſ.
⁊ pꝛopꝛie.
doc.l.c.cũ
in tua.de
cõſue.lib.
vj.doc.l.c.
cũ de bñfi=
cio de pꝛe
bẽ.eo.libꝛ.
Et p quã=
tũ ſpaciuꝫ
p̃ſcribitur
Azo i.l.ij.
C.q̄ ſit lõ.
ꝯſue.dt qꝛ
p̃ſcribitur
ſpacio.x.
an.inter p̃
ſentes.et
xx.iter ab=
ſentes.ſed
de iure ca=
nonico ad
p̃ſcribẽdã
cõſuetudi
neꝫ reqrit̃
tps.xl.an.
ſm Car.i
d.c.fi.in.§.
lꝫ.in.xxxij
q.ſm Jo.
an.in.d.c.
fi.dicit ca
nõiſtas te
nere qꝛ in
ꝯſuetudi=
ne p̃ter le=
gẽ ſufficit
tps.x.an.
ſi aũt eſt ꝯ
legẽ requi
ritur tps.
xl.an.

c ¶ Id eſt di=
uino. Ad=
de Card.zaba.in.c.fi.de ꝯſue.in.x.nota.Car
di.alexan.in.c.in his.xj.diſt.

d ¶ Grauioꝛa crimina. Adde tex.in capi.cum
in eccleſia.de ſimo.

a ¶ Longū tempus. Adde. gl. in l. cū de l rē.ver ff. de vſuris. Bal in.l.i= periū. ff .ꝺ iuriſ .omi. indi.Jo. ꝺ ana.fn.ca. querelā.in iiij.col.ꝺ fi mo.

b ¶ Conſuetudo ⁊ priuilegium. Adde ca. nouit de iudi.c.cuꝫ contingat de fo. cōp. bal. conſi. xlix .incip. in facto.in iiij.volu.

c ¶ Decem oues Addꝺ gl.in.c.j.x. q.j.⁊.in.c.j. de elec.ca. lꝫ canō.de ele .l. vj. ⁊ gl.in:c.j. ꝺ deci.e. lib.

offi. archidi.§.quid ſit eiuſoffi=
ciū ver.quare autē.idem ſi ſit
onceroſa eccleſijs.ſ.eo.c.j.idem
vbi contradicit iuri publico
cui nō pōt quis renūciare: qꝺ
dic vt not ſ.de renun.§.q̄ poſ=
ſunt renunciari.Jtem vbicūqꝫ
eſt cōtra cōcilium. vel alias a
iure improbata.ſ.de conſang.
nō debet.§.fi.nec a romana ec=
cleſia comprobatur:ipſam ir=
rationabilem iudicabis.Jdem
cum inducitur contra ius im=
preſcriptibile.ſ.de preſcri.cau
ſam.⁊.c.cum non licet .ſ.eo.cū
inter vos.⁊ capitulo cum ve=
nerabilis .

Obtentus quanti
tem poris cōſuetudinē firmet.
Jdeo dixi in ꝑſcriptiōe cōpetē
ti tpe preſcriptus erit eñ cōpe
tens tp̄s ſm canones.xl.an.ſ.ꝺ b
ꝑſcri.auditis.⁊.c.vigilāti.xvj.
q.iij.§.quas actiones .⁊.q. iiij.
neqꝫ decennij ſꝫ ſm.l.eſt diuerſi
tas qꝛ ſm Ja.ſufficiunt .x .an.
inter preſentes. vel .xx. inter
abſentes vt pꝫ ex rubrica .C.q̄
ſit lōg.cōſue.l.j.⁊ ex ru.ff.de le
gi.⁊ ſe.cō.l.ſed ea.dicūt eñ ex=
pectādā lōgā cōſuetudinē:⁊lō
a gum tp̄s[a] eſt.x.vel.xx.an.vt in
rubrica.C.de preſcri .lō.tem. ⁊
l.fi.⁊ inſti.de vſucapi.§.j.ff.qui
⁊ a quibus ma.li.nō fi.ſicut fi=
deicommiſſaria libertas.§.ari
ſto.Sꝫ ſm ꝑlacē.colūb.⁊ Lan
f. ā.ſpectādum eſt tp̄s lōgiſſi=
mum.ſ.ꝙ nō extet memoria.vt
ff.de leg.⁊.ſe.con.de quib⁹.§.in
ueterata.inſti.de iure nat.§.ex
non reſcripto.C.q̄ ſit lōga con
ſuetudo.l ij.hoc etiam ꝓbatur
quadam naturali rōne ſicut
enim ſeruitutes vſucapi non
poſſunt longo tēpore cū incor=
porales ſint ⁊qꝛ nō habēt cōti
nuam cauſam.ff.de ſer.ſeruitu
tes.ij.ſic nec conſuetudo opor
tet ergo ꝙ non extet memoria
ſicut in aqua plu.arcē.ff.de ꝓ=
ba.l.penul.⁊ vbicūqꝫ inuenies
c longa expone:id eſt lōgiſſima
ſed;prima ſententia magis ap=
probanda eſt ſecūdum.ll.⁊ vbi
cunqꝫ inuenies diuturnaꝫ vel
inueteratam.expone id eſt diu

tinam. hoc eſt longam. ſatis enim eſt talis
inueterata ad hoc inſti.de vſucapi.§.diutina
nec ob.l.de ſeruitu. quia illud verum eſt de
ſeruitute que alicui ſpecialiter acquiritur ſꝫ
conſuetudo non magis acquiritur iſti quam
illi.¶ Hec eadem diſſenſio ſecundum cano=
nes poſſet habere locum:qꝛ quidam dicunt
conſuetudinem longeuam attendendam qui
dam longam.ſ.eodem cum cōſuetudinis. et
capitulo finali ⁊ diſtinctione.j.mos.xj.diſt.in.
conſuetudinis.xij.diſtinctio.conſuetudo ⁊ lō
gum tempus eſt.x.vel.xx.anno.xvj.qō.iij.§.
poteſt.ij.⁊ nō;obſt.iura que loquuntur.de.xl.
annis.qꝛ intelliguntur in preſcriptione rei
eccleſiaſtice:vbi eccleſijs preiudicium paraƭ
⁊ ideo reſtringitur:ſed per conſuetudineꝫ nō
paratur preiudicium eccleſie.vt.ſ.eo.c.j.⁊ iō
poſſet dici quod conſuetudo citius maturaƭ
xvj.q.iij.placuit.huic ſancte magne maxime
qꝛ hodie nulla conſuetudo tenet:niſi ſit ratio
nabilis:vt.ſ̄.probatū eſt ver.bene dixi.⁊ ver.
irrationabilis.⁊ in proxi.alleg. cap̄. placuit
b Conſuetudo ⁊ priuilegium[b] equiparantur:
ergo conſuetudo amplianda eſt ſicut priuile
gium.Sed preſcriptio odioſa.⁊ ideo reſtrin=
genda.ff.de libe.⁊ poſthu.cum quidam ſ.de
conceſſione preben.cōſtitutus.⁊ de decimis.
tua.ſ.de donatio.cuꝫ dilectus in fi.¶ Omnes
tamen canoniſte dicunt ſpectandum temp⁹.
xl.anno.ſic intellige.ſ.de electio. cumana.et
de cauſa poſſeſſio.⁊ proprie .cum eccleſia ſu
trina.⁊ ſimilia.⁊ hoc expreſſum comprobaƭ.
ſ.de cenſi.olim.vbi nō profuit tempus.xxxvj.
annorum.¶ Sequitur in deſcriptione:nullo
actu contrario interruptus ⁊ bene.alias eñ
non eſſet completa preſcriptio.ſ.de preſcrip
tio.auditis.⁊ capi.illud in fine.ſ.de in inte=
grum reſtitu.auditis .C.de preſcriptio.xxx.
anno.ſicut in rem.⁊ de annali excep.l.j.⁊.l. vt
perfectius.

Quot actus conſuetudinē
inducant:ideo dixi in deſcriptione binario
4 ⁊c.quia binus;actus † inducit conſuetu=
dinem.xxv.q.ij.ita nos.C.de epiſco.audi.l.iij.
in fine.ff.de ſeruo cor.neratius.§.j.in auten.
de defen.ciuita.§ fi.collatio.iij.quod domin⁹
meus dicebat locum habere in delictis:ſed
in conſuetudine ſufficit quod ita obtentum
ſit longo tempore:inſtit.de iure naturali.§.ex
non ſcripto.vbi dicebat tradi deſcriptionem
conſuetudinis.¶ Alij dicunt quod neceſſe
eſt: vt ſic fuerit decies iudicatum ſicut decē
c oues;[c] faciunt gregeꝫ ff.de abigeis.l.fina.
¶ Jn his diſſentionib⁹ credo notādū quadru
plicē modū ꝓbandi cōſuetudinē:iō videam⁹
5 Qualiter conſuetudo † pro

bari debet: ⁊ quot modis. Et certe dicunt qui dam quod probari non poteſt niſi probetur quod ſi obtentum fuerit ſine interpretatione ⁊ pacifice infra de officio archidiaconatus §. vltimo. ⁊ a tali qui preſcribere potuit alioquin contra infra de preſcriptio. cauſam que ⁊ tale ius quod preſcribi potuit alioquin contra. infra eodem. cum inter nos infra de preſcriptionibus cum ex officij ⁊ capitulo cum non liceat. ⁊ capitulo vltimo reſpōſo primo. Item ſecundum quoſdam probari oportet: quod in contradictorio iudicio ſit obtenta: ⁊ quod vtens eo animo vſus fuerit vt intendat in poſterum ius habere. argumen. ff. de itine. actuq; priua. l. prima §. iulianus recte ait. ⁊ l. vltima ⁊ quemadmodum ſerui. amit. l. vltima. Item quod maior pars populi vſa ſit. Item quod de conſcientia principis inducta ſit: non tantum tolerata infra. de preben. cum iamdudum. ⁊ de conceſſione prebē. literas. Sed certe ibi non eſt conſuetudo rationabilis. Item quod non per errorem: ſed ex certa ſcientia ſit inducta: hoc no. Io. ſed non placet per omnia: quia de diuerſis modis probandi cōſuetudinē difficultatem imo quaſi impoſſibilitatē probationis induxit. ideo dic quod quatuor modis probatur. ¶ Primo quia populus vel princeps iſta ſtatuit: non tamen in ſcriptis redegit: ⁊ per longum tempus durauit: quod non fuit factum contrarium: ſuper quo vide. ſ. de conſti. §. ſicut enim conſuetudo roborata eſt: ad hoc diſtinctione prima ius ciuile. ⁊ capitulo conſuetudo. diſtinctione ſecunda conſtitutio. inſtit. de iure natura. §. ⁊ non ineleganter. ¶ Sed nunquid in hoc caſu poteſt allegari ante lapſu lōgi tēporis: ſic. ſ; poſſet probari quod nō eſt iudicandum ſecundum eam: quia populus contra operatus eſt infra decennium ſciente promulgante ⁊ tolerante. vnde non valet di. quarta. § leges. ⁊ ff. de legi. de quibus ſic intelligo cum domino meo quia ſufficit quod probetur ita obtentum fuiſſe per longum tēpus: ⁊ ſic intelligo diſtinc. primā conſuetudo ideo dico quod ſi poſt lapſum decennij factū ſit cōtra: non obeſt conſuetudini iam preſcripte niſi forte ⁊ ſecunda preſcriptio completa eſſet ſic intellige infra de electio. cum eccleſia vulterana. §. i. ¶ Secundo probatur q bis iudicatum ſ. longum tempus ſecundū cōſuetudinē allegatā. non contradictā vt differat a ſequenti hic ſufficit q probetur bina ſententia. ⁊ ſic binus actus conſuetudinem inducet quamuis non probetur quod ſic ſit ſtatutum vel obtentum ſit contradictorio iudicio: ⁊ ſic intelligo verbum. probatis his que frequenter. i. bis in eodem genere cauſarum ſententiatum eſt in oppido. C. de edifi. priua. l. iij. C. que ſit longa conſuetu. l. prima. ¶ Vel probatur quod bis ita vſus eſt: quia interfuit bine electioni ſic debet intereſſe dūmodo tempus legitimum ſit elapſum. In hoc recedo a ſententia domini mei: quia non viderat decretales infra de electione venerabilem ad ſi. ⁊ capitulo cumana infra de cauſa poſſeſ. ⁊ proprie. cum eccleſia ſutrina. ⁊ capitulo cum olim. que loquuntur nedum in delictis imo ⁊ in aliis: vt ex ipſarū electione colligere liquet. Sed binus actus ſine preſcriptione non ſufficit: licet forte vnus actus ſufficeret cum preſcriptione: quia per vnicum vſu; poſſeſſionem acquiro. ff. de aqua quotidiana. ⁊ eſtiua. lege prima. § quod autem. ⁊ de ſeruitutibus vrbanorum prediorum lege ſeruitutes que in ſuperficie. in principio argumentum. C. de ſeruitutibus. et cum talis. ⁊ de fideicommiſ. lege prima. ſ. de conſtitutionibꝰ cum. M. infra de prebendis p illorum. eſt tamen contra argumentum. ⁊ de itinere actuq; priuato lege prima. § ſecundo ſecundum Vincen. ¶ Tertio modo probatur conſuetudo: quia obtenta fuit in contradictorio iudicio infra de verborum ſignificatione abbate. ff. de legibus. cum de conſuetu
6 dine. ſed contra† quia non eſt
a exemplis [a] ſed legibus iudicandū. C. de ſenten. ⁊ interlocu. omnium iudi. nemo. ideo dicunt quidā q neceſſe eſt pbare iudicē eo animo pnūciaſſe: q de cetero ſic pnūciaret in futurū. S; hoc mihi nō placet: q facultas pbationū anguſtāda nō ē. C. de here. ⁊ man. q mīti in fi. ⁊ de re. credi. generaliter. ſ. reſpon. ff. de teſti. curēt. ſ; dico q nō iudicatur exēplis. imo conſuetudine q per exēpla probatꝰ ⁊ que in cōtradictorio iudicio obtēta fuit. ¶ Caueat ergo ſibi allegās cōſuetudinē nā ſi dicat ita pronūciandū: q ſic fuit pronunciatum ma e pponit q ſic dicat iudicādū exemplis.

a ¶ Nō eſt exēplis. ad de. c. de q bus. xx. di. c. ex merito. vſ qō ſ. c. magne. in. ḟ. per terca. ð voto. c. cū ex iniūcto debere. ⁊ in. l. ſ; ls. ff. ð offi. peſi.

ſed ſi dicat ita pronunciandū:q2 talis eſt cō
ſuetudo terre:⁊ ad probandum conſuetudi=
nem inducat q͛ pronunciatum fuit ſecundū
eam in contradictorio iudicio: bene propo=
nit:quia preſumitur q͛ iudex nō ſic pronun=
ciaſſet:niſi ⁊ coram eo conſuetudo probata
eſſet.ar.J.de ele.bone.j.§.cōtra ⁊ ſequēti.ſi.no.
J.de cenſi.§.quis cenſus.verſi. cenſus autem
ignorantie.⁊ ſequētibus.¶ Quarto q2 proba
tur q͛ ita obtentum fuit in tantū vt nec extat
memoria q͛ contra factū ſit.J.de preben.vene
rabilis.hic non eſt neceſſe q͛ probetur ſtatu=
tum:nec q͛ probetur ſententia.iij.q.vj. hoc
quippe .ff.de aqua quotidiana.⁊ eſti.hoc iu
re.§.ductus aque.⁊ de aqua plu.arcen.in ſū
ma.§.idem labeo.imo ⁊ ſi probetur q͛ teſtes
de vna ciuitate ad aliam ſepe vocati fuerint
huic conſuetudini ſtandum eſſe affirmat lex
ff.de teſti.l.iij.§.fi.⁊ ſic intellige ſententiā pla
cē.⁊ colūbi ergo de diuerſis modis ꝓbandi
conſuetudinem fecerunt diſſenſiones.vt.S.e.
§.obtētus⁊.ſic p3 quare dixi in deſcriptione
binario actu ⁊c.¶ Sequitur in deſcriptione
vſu communi vtentiū comprobato:⁊ bene in
ſtitu.de iure natu.§.ex non ſcripto ⁊ §.ſ3 na
turalia.in fi.diſtinc.j.conſuetudo.⁊tangitur
hic primus modus probandi cōſuetudinem
7 qđ dic vt .S.eo.§ qualiter. Inde cōſuetudo†
quaſi communis aſſuetudo. diſt.j.conſuetu=
do in fi.requiritur ergo q͛ maior pars popu=
li ſic vſa fuerit:q2 ſic minor pars nō poteſt cō
dere legem ſic nec cōſuetudinem inducere ſe
cundū Jo.⁊ ex hoc videtur q͛ vnus ſolus nō
poſſit allegare conſuetudinē: quāuis dicat
ſe contra multos acquiſiuiſſe.licet multi con
tra vnum poſſent.ff.cōmunia predi.venditor
⁊ eſt ratio q2 ſola collegia ſeu corpora ipſa ac
quirere poſſunt.C.que ſit lon.conſue.l.fi.nec
ob.J.de offi.archidi.c.fi.⁊ de exceſ.prela.acce
dentibus q2 ibi acquirit ſingularis nomine
dignitatis ſue,non proprio:ſic ⁊ vna eccleſia
contra aliam:vt patet ex his que no.J.eo.ſub
§.extra ſummam.ver.ergo diſcretus.⁊ com=
probatur.hoc.J.de inſtitu.cum veniſſent.§.j.
¶ Quid ergo ſi vnus miles conſueuit colli=
gere ligna in nemore alterius:dic quod de=
bet agere ex conuentione:quam dicat preſcri
pſiſſe:ad quam probandam inducet patien=
tiā legitime p̄ſcriptiōis:ſicut no.i cēſu.J.đ.cē
ſi.§.quis cenſus ſoluendus eſt.ſic intelligo
ſecundū dominū meū .ff.ſi ſerui .ven.ſi quis
diuturno.ff.de aqua plu.arcen.l.j.§.fi.⁊ de iti
nere actuq3 priua.l.apparet.§.ſi quis ſeruitu
tem.¶ Per hoc etiam videtur:qđ ſi per erro
rem inducta eſt:conſuetudo non erit.ff.eo.qđ
non ratione.quidam contra.erit enim conſue
tudo quamuis erronea.ſed in ceteris ſimili=
bus non obtinebit:ponunt tale exemplum.

Inductum eſt de conſuetudine in burgo pa=
nigali:⁊ per errorem quod ſi quis mihi du=
cat vinum in plauſtro:ex quo ego appoſue=
rim manum ad plauſtrum:periculum effu=
ſionis ad me pertinet:hoc bene obſeruabitur
in vino decetero.¶ Sed nūquid idem in alijs
liquidis:puto oleo melle:vel ſimilibus non
quāuis ſi per errorem inducta non eſſet:pro=
cederetur de ſimilibus ad ſimilia.ff.eo.nam
imperator.C.eo.l.j.ſed certe nihil eſt ſecundū
nos.q2 non valet conſuetudo niſi rationabi=
lis:vt.S.eo.§.j.ver.bene dixi.⁊ ſequēti.Sed ſi
erronea eſt:non erit rationabilis:nec conſen
ſu iducta.ff.de iuri.om.iudi.ꝑ errorē ⁊đ iudi.
l.ij.¶ Quid ergo de cōſuetudine quā qđā ſer
8 uāt ſcilicet† q͛ qlibet valeat autoritate ꝓpria
pignorare debitorem ſuū:dico quod non eſt
vilis autoritatis inter eos qui de facto eam
ſeruant:ſed tamen eam irrationabilem iudi=
co propter rixas ⁊ vulnera ⁊ homicidia:que
inde prouenire poſſunt:et ideo meo iudicio
quantumcunq3 preſcripta ſit non vincet le=
gem.J.ca .fi.ff.quod met.cauſa.extat.⁊ de vſu
fructu equiſſimum.⁊ de pactis dot.conueni=
re.C.de iudeis.nullus.⁊ ne quis in cauſa ſua
iudi.l.⁊ vñ,vi.ſi qđ in tantā.J.de iura.calū:
ceterū.⁊ de fideiuſ.conſtitutus.⁊ in his que
not.J.de loca.⁊ con.§.fi.ſuper decre.potuit.ħ.
item eſt de natura contractus ⁊ de maledi.§.
quot genera.ver.ſi quis verbis tantum.ff.de
reli.⁊ ſump.fun.oſſa.j.reſpon.Item q2 talis
furtum committit quod mortale eſt:ergo nō
excuſat conſuetudo vt patet in his que no.
J.de offi.archidi.§.quod ſit eius officium .ħ.
quare hoc dico.ſi conſuetudo ſit q͛ eum inui
tum pignorare poſſit:quāuis etiam dicat qđ
paratus eſt ſtare iuri:ſecus dicerem ſi cōſue
tudo eſſet qđ poſſet debitorem voluntarium
⁊ qui nihil pretendit pignorare:nam talem
dicerem valere.quāuis in hoc caſu curia li=
bꝫ faceret:ſi repoſceret per pretorē.C.de pi
li.iij.ergo quia vituperari poteſt precaueri
debet infra de elec.licet ⁊ de ſeruis non or.ca.
primo.¶ Quid de conſuetudine ſiue ſtatu=
tis aliquorum locorum.vbi limitatum eſt in
pecunia quantum ſoluat delinquens:ſi ho
micidium vel aliud delictū commiſerit.dic
nō valet:q2 per talia ſtatuta inducūtur homi
nes ad homicidia ⁊ talia crimina committē
da talis enim non timet penam pecunie:qui
ſuſpēdio terreretur.ad hoc inſtit.vi bo .rap.
§ ſed nedum talia.ff.de penis.in ſeruorū.
in fi.⁊.l.aut facta.§.fi.J.eodem ex parte.ff de
pactis.ſi vnus.§.pacta in auten.de man.ꝑn.
§.oportet.ergo colla.iij.⁊ vide quod not.J.de
officio ordinarij.§.quid pertinet ver.non ta=
men debet leuare pecuniam ⁊c. non ob.J.de
delictis puerorum referente.quis ibi non

querītur

querit vtrū ꝯſuetudo valeat ꝙ aūt ibi papa innuit a cōtrario ſenſu pecuniā leuare poſ= ſe hoc ideo facit vt vindictā ſanguinis vi= tet xxij.q.v.reos.ī.ne cle.vel mo.ſniam.

Quis debet probare con=

9 ſuetudinē.† Js q̄ cā allegat: vl' negās inter ruptionē ſi ꝯſuetudo ꝓbet.C.de edifi.priua. l.iij C.e.l.j.ī.e.cū dilectus.§.fi.ſic ꝛ q̄ ius al= legat ipm ꝓbare.dʒ.ff.de ꝓba.ab ea parte. ff.de teſti.l.j.ff.de quib' cau.maio.necnō.§. qd eis.ff.de ꝓcu.inuitus.ī.de rerum permu tatione.ad qōnes.Sed cōtra.ī.de tranſlati. epiſcopi.inter corporalia.§.ſed necꝫ.ī.de tē= po.ordi.dilectus.ff.de illici.col.l.j.in fi. Sed illud in prohibitis p.l.qr ex quo aliqd ſemel prohibitum eſt ſemper videtur prohibitū: niſi inueniatur cōceſſum.

10 a Quot †et per quos teſtes.[a]

Per duos idoneos.ff.de teſt.ibi vt numerus b qr in ore duoꝝ[b] ꝛc.ī.de teſta.cū eſſes.ꝛ.c.re= latū.qd dic vt no.ī de teſti.§.quotus nūer'.

Que cui preiudicet. Poſterior

priori: vt ptʒ.ſ.c.qualr.·.v.ſʒ nunqd.ſic et in ꝯſtitutio= nib' obſeruat: vt not.ſ. de ꝯſti.§.qualr cōſti tutionib' derogetr.ſʒ ꝛ.l.ſequēs tollit ꝯſuetu dinē preced.ntē.ff.de ſepul.vio.l.iij.§.diuus. Fm qd Azo eā legit ꝛ punctat: quāuis Pla= cen.eā aliter intellexerit. verū ita demū tol= litur prima ꝯſuetudo per poſteriorem: ſi nō poſſunt reduci ad conſonantiam alias con= ſuetudinem concordare cōſuetudini prom= ptum erit.ar.C.de inoffi.do.l.vnica ſʒ ad ius commune reducenda eſt ſi fieri pōt.ī.eo.cū dilectus.§.fi. ¶ Tollitur aūt vna per aliam: quando in eodē loco inducte ſunt diuerſe: vna poſt aliam: nam ſi in diuerſis: vtraꝗ in ſuo loco obtinebit. nec enim ſunt aliquoruʒ conſuetudines aliorum contraria conſuetu dine ſubuertende.xij.diſtinc. illud breuiter. ꝛ.c.ſit ſancta.

11 Et de uirtute ipſius. †Et quideʒ

ſciēdum qd quintuplex eſt. ¶ Habet enim conſuetudo primo virtutem imitandi imitatur enim le= gem id eſt ſupplet vbi lex deficit.ī.eodem.cū olim.ī.de ſepul.de vxore.in fi.et.c.certificari. inſti.de iure natu.§.ex non incerto. ¶ Secū= do hʒ virtutem interpretandi ius dubium. ī.eodem.cum dilectus.§.j. ad fin.ff.eodem.ſi de interpretatiōe. ¶ Tertio habet virtutem abrogandi. ¶ Quarto derogandi. ¶ Quin= to preſumptionem inducendi circa que vi= dendum occurrit: quot ſunt ſpecies conſue= tudinis. Sunt autem quatuor generaliſ= ſima: generalis: ſpecialis: et ſpecialiſſima.

¶ Generaliſſima: vt eſt cōſue tudo inter omnes catholicos verſus orientem orare. xi.diſt. eccleſiaſticarum per hanc di= cunt abrogatam.l.que dicit ꝙ patroni ſiue aduocati iurare debent in initio litis ꝙ contra conſcientiam cauſam non ſo= ueant deſperatam. C.de iudi. rem nō nouā. vnde dixit Tul. qd iuret. l.cauet. ſʒ in ꝯſuetu dine non hr ſed reprobatur.C. de iureiu.ꝓpter calū.l.ij.§.ꝛqr veremur.vt not. ī.de litis con= teſta.§.ꝛ quando. ver.puto.et a preceden.et quamuis aduoca ti pro magna parte cauilloſi ꝛ malignari volentes: et ſibi ad= inuicem deferentes hanc glo= ſam bul.amplectantur: ipſam tamen non approbo: qr cōtra l.illam non puto valere cōſue tudinem vel deſuetudinem: ſi cut nec valet conſuetudo: qd de calumnia non iuretur.ī.de iura.calū.ceterum.ꝛ eſt ratio in vtroꝗ ne per talem conſue= tudinē peccata mortalia nu= triantur argu.ī.eodem.c.vlt.j. ri. ꝛ quicquid velant vel pal= b liant peſſimi aduocati quam= uis non iurent ſi contra con= ſcientiam foueāt edificant ad gehennaʒ.ī.de ſeruti.in or fa. ca.vnico.ī. de preſcrip.cap̄.fi. et parum refert quo ad peri= culum anime. ſi non iurent quia deus non ex operibus iu dicat ſed ex cogitationibus et ex corde.xxij.q.v.iuramenti.et c.qui periurare. ergo dequid dixerit Bul.ſi coram me exiga tur: preſtari faciam. Sʒ quia non exigitur: ideo non ſeruat ꝛ iunge ea que not.ī.de poſtu= lando.§.quid pertinet verſic. Jtem ad officium. Per hanc etiam dicit Goffr. abrogatum conſilium.ſ.ti j.nōnulli.§.pe= nul.et fi.quod non credo. Sed dico vt not.ſ.titu j.§.que poſ= ſunt obijci.verſic.nonageſimo ſeptimo. in his ergo in quib' cōſuetudo poteſt abrogare vl' derogare puto quod deſuetu do abroget: ergo deſuetudo ius naturale: id eſt diuinum non abrogat: ſed tm̄ poſitiuū.

a ¶ Per qs teſtes. Ad de an vʒ cōſuetudo ꝙ vnus te ſtis plene ꝓbet vide p Jo.and. i addi.ſpe. ti.de inſtr. edi.l.§.cō= pēdioſe.v. ſed nunqd conſuetu= dine.

b ¶ Jn ore duoꝝ.ad= de capitu. ab iſto die xxxv.q.vj. c.lʒ.de te= ſti.ca.no= uit.de iu= di.origina liter deute rono.xix.

infra eodem capi. fi. ſcdm hoc, intellige. ff. eo.
de quibus. iiij. diſt. §. leges. ⁊ quod not. in ſe-
quētibus, de hac loquitur. infra de teſtamē.
cum eſſes. Sed expone ibi generali: id eſt ge
neraliſſima: ſed et ſpecialis conſuetudo ro-
mane eccleſie generaliſſima poteſt dici cum
vbiqꝫ tenenda ſit. infra de ſententia et re in-
dicata. in cauſis. ⁊ tetigi. ſ. eodem. §. quid ſit
12 verſicu. vt tamen ſcias. ¶ † Generalis vero
eſt: quando nedum vna ciuitas: ſed tota pro
uincia ſic obſeruat vt in tuſcia vbi de gene-
rali cõſuetudine ad capitulum tantum per-
tinet ſine epiſcopo ordinatio prebendarum
infra de electio. cum eccleſia vulterana. ſed ſi
nem ſit infra de v u pallij. ex tuarum. ſicut
infra eodem cum venerabilis. §. poſtmodū.
aliter accipitur generale interdictum. infra
de verbo. ſignifica. cum in partibus. ¶ Sed
ſpecialis quando in vna ciuitate: vel in alio
loco ſpecialiter obtinet. ff. communia predi.
venditor. C. de edifi. priua. l. iiij. infra de iure-
iurando venientes. ¶ He due ſpecies dero-
gant iuri in ciuitate ſiue loco ſiue prouincia
in qua ſpecialiter ſiue generaliter obtinent.
hoc verum eſt: ſi conſuetudo poſt. l. inducta
ſit: alioquin alia. l. ſuperueniente vincetur
vt not. ſ. eodem. §. reſponſo. j. et probatur in
proemio inſti. §. igitur in auk. de here ⁊ fal. §.
j. collatio. j. et infra de fideiuſ. conſtitutus.
¶ Item eſt ſpecialiſſima ſecundum quam
in dubijs iudicatur. et hec preſumptionem
inducit cui ſtatur: niſi forte contra probetur:
hec eſt conſuetudo patriſſami. ff. de pig. act.
vel vniuerſorum. ff. de vſuris. qui ſemiſſes. ff.
de lega. j. ſi ſeruus plurium. §. ſi numerus in-
fra de preſcriptione ex ſtudijs. et ca. manda-
ta. ⁊ ca. cum in iuuentute. j. de teſti. teſtimo-
nium infra de pig. illo vos. in fin. ¶ Sic ha-
bes quinqꝫ virtutes ⁊ quatuor ſpecies con-
ſuetudinis. prima ſpecies. ſcilicet genera-
liſſima habet virtutem abrogandi ⁊ ſupplē-
di. vltima vero. ſcilicet ſpecialiſſima habet
virtutem preſumptionē inducendi. due ve-
ro medie ſcilicet generalis ⁊ ſpecialis: habēt
virtutem mutandi ſeu ſupplendi derogan-
di ſiue interpretandi. ¶ Sed pone quod in-
ter laicos ſit aliqua conſuetudo in aliqua ci
uitate ſiue prouincia: puta quod ſi agitur de
mutuo: non offeratur libellus: vel alia que-
cunqꝫ volueris, nunquid talis conſuetudo
debebit inter clericos obſeruari: non puto.
1 Quot ſunt unctiones. † Due exterior ſcilicet et interior. per exteriorem viſibiliter corpus inungitur per interiorem inuiſibiliter cor. i. anima. Sed hoc ideo dicit qꝛ ſm quoſdam anima ſe tẽ habet in corde: vel ideo dicit hoc qꝛ nõ fructificat vnctio in anima niſi ex corde ⁊ ex voluntate.vincen.quod verius vꝛ.argu.xxij.q.v.qui periurare vnde qui petijt contradicit in baptiſmo: nec rem: nec characterem recipit ſacramẽti.ſ. de baptiſ.maiores.fi.arg lxxiij. di geſta ſic ponitur hic vꝛ pro anima ⁊ ipſam ſignificat.anima enim ſm diuerſa officia que habet varia ſortitur nomina . vnde verſus. ¶ Pluribus officijs anime ſunt nomina plura . ¶ Dum ſentit ſenſus: ratio dũ iudicat et mẽs. ¶ Dũ quid commemorat animus : dum cogitat et cor. ¶ Hãc autem interiorem vnctionem tribuit ſpiritusſanct⁹ ſcilicet ſiue charitas que tanq̃ radix illi erit . nã radix ardente ſole nõ areſcit ſed nutritur calore ipſi⁹. de peni. diſtinc.ij.querendum. verſi. Item Aug. ſuper epiſtola Io. exterior ſignificat interiorẽ. Interior autem nõ ſolum eſt ſignũ id eſt ſignatum exterius: ſed etiam ſacramentũ id eſt ſignum ſiue ſignatum inuiſibilis gratie que ſi digne ſumatꝛ augetꝛ ſine dubio q̃ deſignat ſm Uincen.ſ.eo.c.vnico.§ ſ ver.vnctio viſibilis ⁊c.ego tñ ſic expono non ſolũ eſt ſignuꝫ.ſ. inuiſibilis gratie: ſed etiã ſacramẽtum.i.ſacramentalis character qui ſemel admiſſus nunq̃ amittitur.ſ. de diuor. quãto .§.ſi vero alter.⁊ dꝛ ſacramẽtum qꝛ ſacrat mentẽ.i.ſanctificat ⁊ purificat ⁊ dño vnit.ſ. codẽ.§.qꝛ vo xp̃s.ſ.de bigamis.debitũ.de conſe.diſt.iiij.c. ſ.⁊.ſſ.et.c. ꝑpric vnde ſequitur qꝛ ſi digne ſumitur ⁊c. vel dic nõ ſolũ eſt ſignum.i.character impreſſus in anima: ſed etiã ſacramentum.i.gratiã cõferens ſicut ſacramẽtũ.nam in quolibet ſacramẽto gratia confertꝛ p̄terq̃ in matrimonio.ad hoc lxxv.diſt.§.ſ.⁊.c ſ ⁊.c. qđ a patrib⁹.⁊ ſequẽti.ſ.q.ſ.multe.⁊.c. multi. qꝛ ſi digne ſumitur.i.ſumens eſt ſine mortali peccato: ipſa interior vnctio: vel agit. i.creat nouã gratiã : puta caſtitatẽ in illo q̃ ſolebat eſſe diſſolut⁹: ⁊ ſic per conſequẽs ſalutẽ quã quis per gratiã conſequi ꝯſueuit: vel auget id eſt ampliat veterem gratiã: vt ſi antea libenter dabat pauperibus: nũc libentius erogabit qđ deſignat ſeꝫ exterior vnctio.non eñ interius gratia per ſacramentum vnctionis confertur niſi exterius inungatur.ad hoc. ſ. de bap.debitũ.§.fi. ¶

2 † Sed quid eſt vnctio: quod ipſum verbum ſonat ſic.ff.iudicatum ſolui.iudicatum.ſm Goffr.negari nõ poteſt. ¶ Sed quid eſt ſacra vnctio dñe Gof.et quidem puto qđ poſſit magiſtraliter ſic deſcribi. Sacra vnctio eſt ſacri olei materialis delibatio ſcđm formam eccleſie traditam: que ſi digne ſumitur interius fortius quam exterius operatur vt patet ex premiſſis.et.ſ.eođ. reſponſo primo.⁊.§ſ.

Quid & quo inungatur.

3 † Criſmate qđ ex oleo ⁊ balſamo conficitꝛ caput ⁊ manus epiſcopi cõſecrentꝛ. Quid aũt

a ſignificet oleũ[a]:et quid balſamus: quid vn=
ctio capitis: quid manuũ.legiꝶ.j. eo.§.ad ex=
hibendũ.ꝛ.§.hoc vnguentũ. et durat vſqꝫ ad
.§.vnde in veteri. queſtiola ſuper ipſa litera
plenius explanaui. Jn veteri aũt teſtamẽto
b vngebãtur reges[b].lxxj.diſt.c.j.lxxv.diſt.c.j.
et in capite.ſed hodie vnctio capitis in bra=
chiũ eſt tranſlata vt princeps non in capite
inungaꝶ: ſed in brachio ſiue humero vel in
armo.in capite vero ſummus pontifex:quia
perſonã capitis.i.xp̃i in põtificali officio re=
preſentat: vngiꝶ etiam pontifex chriſmate.
Sed princeps oleo delinitur:vt ſcias quan=
ta inter autoritatẽ pontificalẽ ꝛ regalẽ pote=
ſtatem ſit differentia denotanda: de quo dic
vt no.j.de maio.ꝛ obe.§.quis cui ver.ꝛ nun=
quid impera. et vide.ṡ. de conſti.§. qualiter
ꝯſti.vbi inuenies alias remiſſiones. ¶ Quid
autẽ hec ſignificent: et quare ſic fieri debeat
plene expoſui in litera.j. eo. ꝛ durat a.§.vn= 5
de in veteri.vſqꝫ ad.§ qꝛ vero xp̃s. ¶ Ungun
tur etiã manus ſacerdotũ.j.eo.§. quia vero.
non chriſmate.quãuis hoc Goffre.notauerit
ſed oleo benedicto. Hec eñ eſt differentia in=
ter iſtos: ſicut reſpõdit mihi dominus noſter
quem ſuper hoc Lugduni conſului et con=
probatur ex libro pontificali qui ordinarius
diciꝶ.ꝛ xxiij.di preterea. vbi hoc no. Hug.et
aꝑ pe cõſultationis citra ſic eſt a prelatis in c
iſtis partibus obſeruatũ. dicimus tñ q illa
oratio cõſecrare ꝛ ſanctificare digneris dñe
manus iſtas ꝛc.ep̃is et presbyteris eſt cõis.
xvj.q.j.§.hoc idẽ.ꝛ.§. ſequẽti.ecce ſufficiẽter
4 ꝑ quẽ dñs Goffr.deceptus fuit. ¶ † Nõ ſolũ
aũt reges ꝛ ſacerdotes inunguntꝶ: ſed et oẽs
chriſtiani bis ante baptiſmũ.ſ.oleo benedi=
cto.primũ in pectore:deinde inter ſcapulas:
ꝛ bis poſt baptiſmũ:ſed chriſmate ſacro pri=
mum in vertice: demũ in fronte: ꝛ qꝺ ita fit:
ꝛ quare ſic fit.habes.j.eo.ab illo.§.quia vero
xp̃s. vſqꝫ ad.§..vngitur preterea. ¶ Eccleſia
etiam vngitur chriſmate cum dedicatur:al=
tare cũ conſecraꝶ primo oleo ſcꝺo chriſmate
calix cũ benediciꝶ ſed chriſmate tantũ ſicut
hec omnia in epiſcopali ordinario plenius
continentur ꝛ probantur.j.eo.§.vngitur.

A quo & qualiter fiat.

Et quidẽ ep̃s
exemptus a ſummo pontifice:nõ exemptus
a ſuo metropolitano: vl' primate: vl' patriar
cha:vel alio de mãdato ſuo ſuꝑ quo vide qꝺ
no.ṡ.de tẽpo.ordi.§.ꝛ qualiter.ver.ꝛ hoc ſciẽ.
dum.ꝛ ſequẽ.ṡ. de elec.§.a quo ꝯfirmãda ſit.
De forma vero ordinãdi ſeu ꝯſecrandi ep̃os
legiꝶ.xxiij.diſt.ep̃s.ꝛ. lxxv.di.c.j.j.eo. vſqꝫ.ad
.§.vnde in veteri. qualiter autem alij clerici
ordinentur legitur.xxiij.diſt.presbyter.et ca.
ſequen.vſqꝫ ad.c.pſalmiſta. ꝛ no.ṡ.de temp,.
ordi.§.ꝛ a quo.et.§.et qualiter.
¶ Quid ſi cõtra formã eccleſie
ordineꝶ quis nihil agiꝶ.argu.
xij.q.ij.ſine excep.xxxv.q. v.al=
ter.de conſe. diſtin.iiij.re vera.
lxviij.diſt.cor ep̃i.C.de legi.nõ
dubium.ff.de reſcrip.cum dile
cta.§.pe.ꝛ vlt. qꝺ intellige cuꝫ
aliquid ſubſtantiale omittiꝶ.
ar.j.de ſta.mo.cũ ad monaſte=
rium.in fi.j.de condi. appo.ca.
fi.xxxij.q.ij.ſolet queri.nã ſub=
ſtãtialia immutari nõ poſſunt
inſti.de here que ab inteſt.de=
fe.§.minus.ff.de capi.dimi.eas
obligationes. et ſi vnũ de ſub=
ſtantialibus omittatur:nõ va=
let qꝺ agiꝶ.ar. xxxviij.diſt.que
ipſis. ¶ Sed que dicũtur ſub=
5 ſtantialia.†reſpon.in cõſecra=
tione epiſcopi eſt de ſubſtãtia
liber qui poniꝶ ſuꝑ ceruicẽ cõ=
ſecrandi.xxiij.diſtin. ep̃s ſcꝺm
Goffre.arg.lxxv.diſt.c.j.ꝛ.c.qꝺ
die dominico.ſed ſcꝺm Hugo.
in talibus non eſt incantũ nil
timere aſſerere, ¶ Jtẽ nume=
rus conſecrantiũ. ſcꝫ qꝺ ad mi
c nus ſint tres[c]. vnus principa
liter cõſecrans ꝛ duo coadiu=
tores et ceteri conſecrantes:vt
no.ṡ de temp. ordi.in. d.ver.et
hoc ſciendũ.et. probaꝶ.lxvj.di.
.§.porro. ¶ Jtem q vnus totã
conſecrationẽ perficiat.nam ſi
vnus partem vnã faciat ꝛ ali9
partem alterã nihil agiꝶ: vel
ſi vnus ep̃s manũ imponat et
ſimplex presbyter: vel etiã al=
ter epiſcopus benedictionem
infundat.xxiij.diſt. quorundã.
Quod autem ibi dicitur ordi=
nem quem adepti ſunt: intel=
lige de facto amittant. ſcilicet
de facto: illa eñ verba factum
tantum reſpiciunt: ſic ſi vnus
baptizandũ immergat ꝛ alter
verba proferat: vel ſi vnus di=
cat. ego te baptizo et alter in
nomine patris ꝛc. nihil confer
tur. ſacramẽta enim eccleſia=
ſtica vnitatis ſunt ꝛ diuidi nõ
debent. de conſecra. diſtinc. ij.
quia paſſus.xxiiij.queſtione.j.
loquiꝶ. hoc intelligo de verbis
ſubſtãtialib9: vnde nihil age=
retur in miſſa ſi verba cano=
nis,ſcꝫ hoc eſt corpus meũ.ꝛc.

a ¶ Significet oleũ. Adde. c.j. extra.eoꝺ. ti.ca.diſciplina.xlv. diſt.c.ols. de pe. ꝛ remiſ.

b ¶ Ungebãtur reges. Adde. ca. nos ſi incõpetẽter. in.§.ſꝫ notandũ eſt. ij.q.vij. in c.cognouerũt.l.§.nũquid ẽt dauid.de pe. di.ij.origi nal'r. Leuitici.viij. Exoꝺ.xl.j. reg.xvj.iij regũ.j.et iiij.reg.ix.

c ¶ Sit tres. Adde tex. in caꝑ.nec ep̃i.de tẽpo. or. gl.f ca.j.de ſacra vnctione.extra.

ꝛ hic eſt calix meus ꝛc. diuiderentur ita qḋ vnꝰ preſbyter diceret vnam partem et alius aliam: ſecus de his que verba canonis precedũt et ſequũtur que diuidi pñt: ꝛ p plures expleri neceſſitate inſtãte. vñ. q j. illud. et capi. nihil.

*Dubiũ ſinglare. * ¶ Quid ſi duo epiſcopi ſimul ordinant: vterqꝫ manus imponit: vterqꝫ verba profert i integrũ. videtur quod nihil agatur qꝛ vnꝰ deus eſt tantum. ꝫ. de ſumma tri. c. j. quẽ repreſentat cõſecrator. vnde vnus debet eſſe celebrans ꝛ alij cõcelebrantes dicuntur. ꝫ. de elec. quod ſicut. §. ſuper eo. dic contra: qꝛ licet dicens ſit qḋ vnus hoc faciat: tamen a pluribꝰ fieri poteſt. nã Jacobus alphei primus hieroſolymorũ archiepiſcopus a Petro et Jacobo zebedei et Joanne apoſtolis ordinatus eſt. lxx. diſtinct. §. porro. et alij apoſtoli ſimul conſecrauerũt ſiue manus impoſuerunt qḋ idem eſt vt probatur. lxxv. diſtinc. quod die dominico. et de hoc tangiť. j. tit. j. c. preſbyter. ſic dico baptiſmum conferri ſi duo ſimul immergãt et ſimul verba proferãt: qꝫuis fieri non debeat vt patet in his que no. j. de cog. ſpi. §. j. ſi plures iudices vel arbitri ſimul pronunciantes eandem ſententiã proferunt imo nec alter valet niſi omnes pronũcient. ff. de re iudi. duo ex tribꝰ. ff. de arbi. item ſi vnus. §. item ſi plures. cum ergo tres epiſcopi ſint de ſubſtantia quamuis vnus principaliter conſecrare dicatur tñ omnes pronunciare debent. ¶ Hec vero que ſequuntur nõ putamus eſſe de ſubſtantia. ſ. vnctionem: vnde non iteratur ɔſecratio ſed ſuppleť. j. e. rñ j. ¶ Item manus impoſitionẽ: vel ſi qs p chriſmate oleo fuerit delinitꝰ. j. ti. j. c. j. Licet autẽ aliqui dixerint ꝙ ſufficit ſola manus extẽſio. arg. ff. de acq. poſ. qḋ meo nomine. Dico aũt ꝙ neceſſariꝰ eſt corporalis tactus: qꝫ tamẽ ſi omiſſus ſit ſupplendus eſt. j. tit. j. c. c. fi. ¶ Itẽ

a ¶ Nunqd miſſa. Ad de gloſ. in c. oẽs baſilice. de cõſe. diſtic. j. gloſ. in. c. ſicut ḋ cle. gloſ. in. c. referẽte. ḋ cele. miſſ. Card. ale. in. c. eps. i fi. col. xxiij. diſtin.

tps ordinationis et etas ordinãdi: et quod a ſuo epo ordineť qlibet: ꝛ qḋ debita interſticia obſerueť nõ ſunt de ſubſtãtia: nec alia de quibus dixi. ꝫ. de tẽpo. ord. §. et qualiter. ver. per prelatum. ꝛ ſequen. ¶ Sed nũquid

6 ieiunium † eſt de ſubſtantia. videtur qḋ ſic. arg. ꝫ. de tẽpo. ord. literas. lxxv. di. ꝙ a patribus. ꝫ ſi a prãſo ɔferať vel recipiať ordo nihil agiť. ar. lxvij. di. reliq. de ɔſe. di. ij. liquido ꝛ di. iiij. vt ieiunij. ꝛ. c. vt epi. nã idẽ vř i alijs ſacramẽtis vt ibi maxime aũt in ordine: quia Paulus et Barnabas ieiuni manus impoſuerunt. lxxv. diſt. qḋ die dominico. Hug. tñ dixit ꝙ pranſus ɔferꝛe recipit quodlibet ſacramentum: excepto ſacramento euchariſtie ꝙ nõ credit confici niſi a ieiuno. de ɔſe. di. ij. liquido. ¶ Lauren. Jo. ꝛ Bertrandus dicunt ɔtrium ex eodẽ decreto qꝫuis enim ibi ſtatuatur ne pranſus conficiat: tñ vt ibi diciť dñs poſt cenã diſcipulis ſuis corpus ꝛ ſanguinẽ tradidit: ergo prima miſſa fuit poſt prandiũ celebrata: ideo dicit decretũ qḋ pranſus poteſt in cena dñi celebrare. de conſe. di. j. ſacramẽta. vñ prohibitio poſtmodũ ſubſecuta ob honeſtatẽ ſacramẽtoꝝ inducta eſt ſicut ꝛ illud prohibetur ne quis teſtimoniũ dicat niſi ieiunꝰ. j. de teſti. c. j. ꝛ ꝙ iuramentũ a ieiuno preſtetur hoc eñi honeſtatis eſt ꝛ nõ neceſſitatis. xxij. q. v. honeſtũ. qḋ credo verũ quo ad hoc de quo hic queritur. verũtamẽ grauiter peccat qui pranſus celebrat: etiã ſi cibũ vel potũ minimũ receperit. vij. q. j. nihil. ad fi. de conſe. diſt. ij. tribus. qḋ dic vt not. j. de conſe. eccle. di. ij. §. ꝛ qualr. ¶ † Sꝫ nũquid miſſaª

7 a eſt de ſubſtantia. aliqui dicunt qḋ ſic aliquĩ dicũt qḋ nõ. de ḃ tñ tetigi. ꝫ. de tẽp. ordi. §. ꝛ qualr. vbi Hug. ꝛ de vſu pa. §. vlti. ṽ. fi. ꝛ. §. j. conſilium tamen eſt qḋ in hoc ꝛ in alijs que in ordinationibus obſeruari mandanť: nec conſtat vtrũ de ſubſtantia ſint vel de ſolennitate: nec per aliqḋ ius inueniť qḋ omiſſum ſuppleri debeat: quod tutiꝰ eſt preſumatur. Judicetur ergo nihil actum fuiſſe. argu. in his que not. ꝫ. de ſeruti. §. que ſit forma. ver. vnum tamen ſcias. iteretur igitur: quia non intelligitur iteratũ quod ambigitur eſſe factum. j. de preſby. non bap. veniens. lxviij. diſtinc. preſbyteri. de conſe. diſtinc. j. ſolennitates. ¶ Hoc ſi ꝓbabiliter dubiteť quid enim ſi epiſcopus librum non tradidit: vel calicẽ vel vrceolum: vel candelabrum: vel oſtiariꝰ non tetigit oſtium: vel campanam non pulſauit: vel ſimilia que leuia ſunt omiſſa fuerint: forte talia cõtemni potuerunt nec oberunt ordinatis. argumen. ff. de ventre inſpi. l. j. §. fi. maxime cum hec tradantur in ſignũ executionis conceſſe. argumen. ꝫ. de conſue. c. ij. et not. ꝫ. de ordinatis ab epiſco. §. j. verſi. bertrandus

Bertrandus. ¶ Patet ex premiſſis quod que dam ſunt obſeruanda circa ordines que iudicantur ſubſtātialia. ſi aliquod iſtorū omiſſum eſt totum eſt iterandum: vt no. §. eo. ver. ſed que dicuntur. ⁊ ſequē. ¶ Quedā vero ſolēnia: ſi aliquod iſtorum omittatur nihil iteratur. ſed caute ſuppletur quod incaute fuerat ꝑtermiſſum: vt no. §. e. §. ver. hec vero. ⁊ ſeque. Et qualiter hec ſuppletio fieri debeat: dic vt not. ſ. ti. j. §. ⁊ que ſunt iteranda. ver. ſed quare eſt prohibita. ⁊ quouſq; hec ſuppleta fuerit executio denegat. ar. lij. diſt. ſollicitudo. ff. de ventre inſpi. l. j. §. ſi cui. ⁊ ſequenti. ¶ Quedam vero dubia: q: dubitatur vtrum ſint de ſubſtantia vel de ſolennitate: ⁊ ſic qd̄ tutius eſt eligitur: quia iteratur: vt no. §. eod. verſi. ſed nunquid. ¶ Quedam vero dicuntur honeſta ſiue leuia: quorum omiſſionis occaſione nihil de neceſſitate putamus ſupplendum: minus iterādum vt no. §. eo. ver. hec ſi ꝓbabiliter. Sed ⁊ ſi hec ſupplenda duxerim⁹ nō erramus. que eñ cā dubitatiōis tollende ordinibus inſerimus cōc nō lederet. ar. ff. mādati. l. mutuā ⁊ bonarū mētium eſt ibi timere culpā vbi culpa minime reperit. v. di. ad ei⁹ ꝓo cōcubitū. vñ talē deuotionē nō credim⁹ im probādam. ſ. de purifi. poſt partū. c. vnico. ad ſi. maxime cum de conſuetudine ſic ſeruetur ar. de conſe. di. ij. de trina. ¶ Unctio autē ſacerdotis a quo ⁊ qualiter fiat patet ex his que no. §. e. §. ver. ſed que dicuntur. ⁊ ſequētibus. ⁊ §. qui ⁊ a quo ver. vnguntur etiam manus ⁊. §. de temp. ord. §. a quo. ⁊ §. ⁊ qualiter. ⁊ . §. e. §. ¶ Unctio regis † a quo fiat. Si queras de imperatore a papa vel alio de mādato ſuo. §. de elec. venerabilem. §. j. ver. ſ; ⁊ princeps. alij vero reges a ſuis metropolitanis. ſicut rex alamanie promouēdus in imperatorem a Colonieñ. ⁊ ſicut rex Francie a Remeñ ⁊ rex Anglie a Cantuarieñ. ⁊ ſic de alijs in quibus apparet priſca conſuetudo que cuilibet eccleſie ſeruāda eſt. xxv. q. ij. c. j. ij. ⁊ iij. §. de trāſla. epiſco. quanto. reſpon. j. q ſi quis de nouo vng velit: conſuetudo obtinuit q a papa [illegible]atur ſicut fecit rex Aragonū: ⁊ quotidie in[illegible] rex Scotie. nā ab illo ois dignitas eccl'a[illegible]ca originē ſumit. xxij. di. c. j. ⁊ vtrūq; gladiū [illegible] xcj. di. c. ſ. lxiij. di. tibi dño: vñ ⁊ reges dpo[illegible] vt. x v. q. vj. ali⁹. ⁊. c. nos ſctōrū ⁊. c. curatos. [illegible] q. iiij. q: preſulat⁹. xcvj. di. due ſunt. ⁊ nō ſo[illegible] regnū conſtituit: imo transfert. §. de elec. venerabilem q. rñ. ⁊ not. §. de elec. §. quis eligi ſub. §. item ſciendum. poteſt igitur ſi vult ſu[illegible] per hoc aliquam eccleſiam ſpeciali priuilegio decorare. ſ. de offi. ord. duo. qualiter autē rex iungatur per librum pontificalem ſeu ordinarium poteris edoceri. Sed ⁊ conſuetudo antiqua circa hoc obſeruatur. nam ſupra dictorum regum Frācie ⁊ Anglie capita inūguntur. ¶ Unctio autem chriſtianoꝝ omnis fit a ſimplici ſacerdote quadruplex ter enim inungūtur oleo ſancto vſq; ad baptiſmum completum ſed prime dne oleo ſancto tertia chriſmate. ⁊ ſic intellige. xj. diſt. eccleſiaſticarum. ⁊ ſic dictio oleo ibi poſita ſemel propriā ⁊ impropriam ſeu duplicem ſignificationem retinet. nam ponitur oleum pro chriſmate ſicut ⁊ econuerſo chriſma ponitur pro oleo. xcv di. illud. quarto etiā inungūtur in extremis que vocatur extrema vnctio de qua no. ſ. ti. j. §. quot ſunt ſpecies ſub. §. j. ver. quintū quinta vero que fit in fronte a minori epo nō confertur. ſ. eo. § q: vero xps. ver. per frontis chriſmationem. ¶ De ſupradictis omnibus inunctionibus a quo ⁊ qualiter fiant me breuiter expediens dico q excepta quadruplici de qua proxime dixi cetere a minore epiſcopo non fiunt. lxviij. di. q̄uis coepiſcopis. et duobus. c. ſeq. ⁊ not. §. de vſu pallij. §. quid ſit pallium. §. de ordinationib⁹. ab epiſcopo. §. quid iuris. verſiculo. vel loco. Jnunctio vero eccleſie vel altaris fieri habet cum miſſa ⁊ alijs ſolēnitatibus que leguntur. de conſecra. diſt. j. c. j. ⁊ ij. que deficiunt quo ad modum in libro pontificali qui dicitur ordinarius plene poteris reperire.

9 Quis ſit effectus † effectus vnctionis epiſcopalis eſt: vt per ipſam matrimonium contractum inter ipſum ⁊ eccleſiā cōſummet. qd̄ dic vt no. §. de tranſla. epi. §. ⁊ qualiter. ver. verum ⁊ ſequen. ⁊ vt executionē habeat eorū que epiſcopalis ordinis ſunt de

10 quib⁹ tetigi. §. e. §. xxi. ver. vlt. ¶ Effect⁹ † ꝓo vnctionis ſacerdotalis eſt vt miſſam celebret ⁊ alia que ad ſacerdotale officium pertinent inunctus valeat exercere. §. de ſumma tri. c. j. §. vna vero eſt. vt tñ de vnctione ſubſtantiali hoc intelligas. qd̄ dic vt no. §. eo. §. proxi. ꝓ. patet. ¶ Quid ſi quis ꝑtermiſſo aliquo ordine nō tñ ſacerdotali in epm promouetur ⁊ conferat ordines: nunquid valet. dicas qd̄ ſic dum modo nō conferat illum ordinē quē nō habet q: tunc nihil ageret. j. q. j. gratia. ⁊ q. vij. daibertum. ſm Gof. de hoc no. ſ. de cleri. per ſaltū promo. De eo autē qui nullos ordines hȝ ⁊ celebrat dicetur. ſ. de presby. nō bap. ¶ Effe

11 ctus † vnctionis regalis eſt vt augeatur ei gratia ad officium qd̄ ei committitur exercendum. quod quale ſit not. §. de elec. §. quis eligit. verſiculo. item captio. ⁊ vt honorabilior habeatur. ſ. de maio. ⁊ obe. ſolite. rñ. j. ⁊ §. j.

12 ¶ Effectus † vnctionis chriſtianorum perfecte eſt: vt recepto ſacramēto fidei. ſ. baptiſmo deleatur originale peccatum ⁊ vt inunctus nomen chriſtiani accipiat: vt a xpo xpiani di

a ¶ Attrahe. Adde gl.in.c.j. de ſacra vnctione .extra.

cantur tanq̃ vncti deriuentur ab vncto.vt in odorem:id eſt ex emplũ vnguenti.i.mortis illi⁹ xp̃i:cuius nomen.i.gratia no minis oleũ.i.per oleum eſt effu ſum .i. eſſe effuſa intelligitur oēs concurrant.i.ſimul cum eo in perfectione dilectionis cur rant.parati ſi oportuerit ꝓ eo mori ſicut ipſe mortuus eſt ꝓ ipſis intellige.ſ.eo.§.qꝛ vero xp̄s.ver.ante baptiſmum.ꝛ pre cedentibus.ar.vj.q.j.in ſcriptu ris.ꝛ iunge quod no.ſ.de bap.

5 ·§·quis ſit effect⁹.¶ Effect⁹† autem vnctionis eccleſie alta ris/ꝛ calicis eſt:vt eis maior're uerentia debeatur:ꝛ vt oſdies facilius exaudiantur.vt dicet ſ.de conſecra.eccle.vel alta.iõ eſt q̃ citius fieri poterit conſe cranda.ſ.de conſecra.ec.vel al. c.ſi.¶ Item ex quo ſemel inun cta ſunt ꝛ deo dedicata ad hu manos vſus non conuertunt ſ.de relig.domi.ad hec cetera q̃ deficiunt in dicta ſumma.ꝛ.ſ. de eccle.miſſa.plenius explica buntur.¶ Inſumma no.quod

14 in ordinibus cõferendis†ꝛ epi ſcopis cõſecrandis mos apo ſtolice ſedis ſeruandus eſt. hoc excepto quod inferiores vti poſſunt baculo paſtorali. quo tamen romanus pontifex non vtitur.tum propter miſti cam rationem.ſ.eo.tum pro pter hyſtoriam. Martialis em̃ vnus de diſcipulis petri quem poſuit dominus inter diſcipu los cum dixit niſi efficiamini ſi cut paruulus iſte non intrabi tis ꝛc.miſſus eſt poſtea a petro vna cum alio.ſ.beato mater no ad predicandum in germa niam. qui cum iret mortuus eſt ꝛ collega.ſ.beatus mater nus rediit ad petrum:ꝛ ait pe trus accipe baculum ꝛ tange eum:ꝛ dic in nomine domini ſurge ꝛ predica:ꝛ iuit ꝛ.xl.die s tẽpore mortis computando venit ad eum ꝛ tetigit ipſum ꝛ reſurrexit ꝛ predicauit.ꝛ ſic petrus intelligitur a ſe remo niſſe baculum ꝛ ſubditis con ceſſiſſe.extunc em̃ fertur apoſto lico baculo caruiſſe.tum ꝓpt ex myſticam rationem quam his verſibus com prehendas. ¶ Attrahe:a ſuſtenta :ſtimula: vaga:morbida: lenta. ¶ Attrahe per primũ medio rege.pũge per imũ.Uin.vel dic q baculus habet in ſummitate recuruationẽ qua ſi ad trahẽdum qđ non eſt neceſſariũ in roma no pontifice:qꝛ nullus ab eo diuertere põt fi naliter eccl'ia nempe nõ poteſt eſſe nulla. xx iiij.q.j.pudenda.nec vnq̃ moritur.xij.q.ij.li berti. ¶ Uel dic q hoc ideo eſt qꝛ per babulũ deſignatur cohertio ſiue caſtigatio. ideo alij pontifices a ſuis ſuperioribus recipiunt ba culum:qꝛ ab homine recipiunt poteſtatem. Romanus vero pontifex ipſum non recipit vt detur intelligi q a nemine iudicatur .xix. di.nunc aũt.ꝛ.ſ de elec.licet in fi.ꝛ q a ſolo deo recipit poteſtatem terreni ſimul ꝛ cele ſtis imperij.xxj.di.c.j.xxij.di.omnem ſecũdũ Uincen. ¶ Uel hoc ideo qꝛ per baculũ ſigni ficatur regnum quod recipit inferior a ſupe riore.ꝛ habet recuruationem vt ſciat ſe recur uandum ꝛ deponẽdum niſi recte agat.ſed ſe des apoſtolica a nemine regitur: imo oēs regit.ideo appellatur ordo omniũ. xxv.q j·§· his ita.vtitur prelatus hoc baculo in predi cationibus.xlv.di.diſciplina. non tamen in introitu miſſe.de conſe . diſtin.j.nullus epiſ copus.hoc de iure ſcripto.nam de conſuetu dine etiam in introitu miſſe videmus cõtra rium obſeruari.

¶ De ſacramẽ.non iterandis. Rubr.

1 Sacramentum quid ſit.
2 Sacramentum vnde dicatur.
3 Sacramentorũ ſpecies quot ſunt.
4 Baptiſmus dicitur ianua omnium ſacra mentorum.
5 Confirmatio quid ſit.
6 Sacramentorum ſecunda diuiſio.
7 Sacramentorum tertia diuiſio
8 Sacramentorum quarta diuiſio.
9 Sacramẽta minora quis cõferre poſſit.
10 Sacramentũ baptiſmi qs recipere poſſit.
11 Sacramenta que ſunt iteranda.
12 Sacramentum quid operetur.

Egimus de ordine cle ricorum quod eſt vnum de.vij.ſa cramẽtis ꝛ de ſacramento vnctio nis ſacre:ſed ne quis vana ſimplicitate du ctus ſacramenta eccleſiaſtica crederet iterã da.ideo apponit rubricam de ſacramentis non iterandis.qui titulus ius facit cum ſit negatiuus ꝛ perfectum ſenſum generet vt not.ſ.de benefi.eccle.in prin. videamus er go. ¶ Quid ſit ſacramentũ ¶ Et vnde dicat. ¶ Quot ſunt ſpecies ſacramentorũ. ¶ Quis

poſſit conferre. ¶ Quis recipere. ¶ Et quali
ter conferatur. ¶ Et que ſunt iteranda.⁊ que
non. ¶ Quid operetur.

a **Quid ſit ſacramentum** [a] **et**
quidem ſm grego. Sacramentum eſt in ali=
qua celebratione cum res geſta ita ſit vt ali
quid ſignificate rei accipiamus quod ſcrē
i. digne accipiendum eſt. ¶ Miniſterium ṗo
eſt quod occulte ⁊ inuiſibiliter operatur ſpūs
ſ. ita quod operando ſignificat: ⁊ ſanctificādo
benedicit: vt hec probantur .j.q.j. multi. Sed
ſm Aug. Sacramentum eſt inuiſibilis gra=
tie viſibilis forma. idem. Sacrificium viſibile
inuiſibile ſacramentum. idem. ¶ Signum eſt
res preter ſpeciem quā ingerit ſenſibus aliđ
aliquid ex ſe faciens in cognitionem venire.
de cōſe. di. ij. ſacrificium.⁊.c. ſignū. ¶ Poteſt
1 tñ magiſtraliter ſic deſcribi. ¶ Sacramētū †
eſt character quidam qui per eum qui pote 4
ſtatem hȝ corpori humano recipientis iuxta
ritum eccleſiaſticum viſibiliter: anime vero
inuiſibiliter a ſpiritu ſancto imprimitur: qui c
ſi digne ſumatur agit aut auget ſine dubio 5
quod deſignat. arg. in. c. allegatis.⁊ in cōcor
aſſigna. ꝫ. ti .j. § .j. ver. ſed qđ eſt ſacra vnctio

b **Et unde dicatur** [b] **et quidem**
2 a ſacris ſeu ſecretis virtutibus ſacramēta †
dicuntur qꝛ ſub tegumento corporalium re=
rum diuina virtus ſecretius ſalutē eorundē
ſacramentorū operatur. ¶ Miniſterium vero
ob hoc dꝛ qꝛ ſecretam ⁊ reconditam habeat
diſpenſationē. Sacrificium aūt quaſi ſacrū
factum qꝛ prece myſtica cōſecratur ꝓ nobis
in memoriam dominice paſſionis vt hec duo
ꝓbantur ſm Greg. j.q.j. multi ſecularium. vł
dic qꝛ dꝛ ſacramentum a ſacra mente quam
infundit quaſi ſacrans mentem. ꝫ. ti .j. § ad ex
hiben. verſi. hoc vnguento.⁊ § quia vero xp̄s
ver. in pectore.

3 **Quot ſunt ſpecies** † **ſacra=**
mentorum. ¶ Prima diuiſio hec eſt. ¶ Sa=
cramentorum quedam ſunt generalia ⁊ ne=
ceſſaria. quedam ſpecialia ⁊ volūtaria. ſumi=
tur hec diſtinc. j. qōe j. § ſi ſacramenta. xxij. q.
iiij. § fi. j. de tranſac. veniens. que omnia his
verbis comprehendas. Abluo. i. baptiſmus
firmo id eſt cōfirmatio. cibo id eſt euchariſtia
piget id eſt penitentia vxor id eſt matrimoniū
⁊ ordinat id eſt ordo. vngit id eſt extrema vn=
ctio. intellige hec ſunt. vij. eccleſiaſtica ſacra
menta. ¶ Ordo voluntatis thorus eſt dant
quinq̧ neceſſe id eſt ſacramentum ordinis ⁊
matrimonij vtrumq̧ voluntarium eſt. quin=
q̧ que remanent neceſſaria ſunt, ſicut exponi
tur in ſequentibus. ¶ Quedam igitur ſacra
menta dicuntur generalia: qꝛ a
omnes tangunt ⁊ omnibus
conueniunt ⁊ ſunt neceſſaria
qꝛ ſi ex contemptu omittantur
ſine ipſis ſalus non erit. ergo
neceſſaria ſunt ad ſalutem: et
ſunt quinq̧: ⁊ ideo dicit verſꝰ
ſuperior. dant quinq̧ neceſſe.
Sunt autē hec. ¶ Baptiſmꝰ
¶ Cōfirmatio. ¶ Euchariſtia
¶ Penitentia. ¶ Extrema vn=
ctio. ¶ Probantur hec de con
ſecra. diſtinctione. iiij. nulla ſa
lus.⁊ diſtinctione. v. ca .j.⁊.ij. et
diſtinc. ij.⁊ ſi non frequentius.
j. de penitentia. omnis de peni
ten. diſ v. non poteſt quis. Jac.
infirmatur quis i vobis ⁊c. xcv.
diſtic. § ſed iſtud alias incipit
4 oleo. ¶ † Primum. ſ. baptiſmꝰ
eſt introeuntium. vnde dicitur
ianua omnium ſacramento=
c rum [c]. xxxij. diſtinctiōe. verum.
5 ¶ † Secundum. ſ. confirmatio b
pugnantiū vnde datur ad ro=
bur. de conſe. di. v. ſpiritus ſan
ctus. ¶ Tertiū. ſ. euchariſtia
eſt progredientiū vnde ⁊ viati
cum appellatur. xxvj. q. vj. qui
recedunt.⁊.c. ſi quis de corpore
j. de penitentijs qđ in te. habes
de conſ. di. ij. iteratur. ¶ Quar
tum. ſ. penitentia eſt redeuntiū
nam redeuntibus datꝰ: vnde
ſm Hiero. ſecunda tabula poſt
naufragium appellatur. de pe
ni. diſtinctione. j. § . ij. ¶ Quin=
tum ſcilicet extrema vnctio eſt
exeuntium: quia dari conſue=
uit, tantum exeuntibus de hac
vita.⁊ de hoc habes. ꝫ. titulo
primo § primo verſiculo de c
prima. Jacobus apoſtolus ait
¶ Licet autem hec quinq̧ ſa=
cramenta dicantur neceſſaria
tamē de baptiſmo hic magis
proprie dicitur quia in quibuſ
dam vt in pueris non eſt ſalus
ſine eo. ſed ſine alijs bene ſaluā
tur. de cōſe. di. iiij. nulla in adul
tis vero ⁊ diſcretis ſepe eſt ſalꝰ
ſine eo. ſed ſine alijs non dico
ſpretis ſed non receptis pōt
etiam dici qꝛ etiam in his non
eſt ſalus ſine baptiſmo ſaltē in
teriore. nā q̄uis i pueris ſuffici
at exterior ablutio. đ pe. di. iiij.
paruulis. i adultis tñ requiritꝰ

a ¶ Quid ſit ſacramentū. Adde l. § notādū. j.q.j. Card. in cle. j. in ix. q. de priuile. ſanctus Tho. in. iiij. ſen. diſt. j.

b ¶ Et vnde dicatꝰ. addꝫ c. ſacrificiū de cōſe. di. ij.c. multi. j q. j.⁊ Abb. in rub. de bap.

c ¶ Janua oim ſacramētoꝝ. ad de. c. fi. de p̄ſby. nō ba. c. p cathe=ciſmū đ cogna. ſpi. li. vj. gl ſumme đ cōſe. di. iiij. gl. i c. q̄uiſq̧. lxxvij. di. Ar. i. c. caue xxviij. q. j.

baptiſmus interior.ſ.de baptiſ. debitū.ideo dicunt aliqui duo tantū neceſſaria eſſe.ſ.baptiſmū et penitentiā: qꝛ ſine primo nullꝰ eſt ſalus nec ſine ſcdo ex quo qs mortaliter peccauit tu tamē ſi verſibus ⁊ expoſitioni ipſorum adhercas non errabis. ¶ Quedā vero ſunt ſpālia: qꝛ non oībus conueniūt ſed quibuſdam ⁊ voluntaria ſunt: qꝛ ad aliqđ ipſorum nullus cōpellitur. ⁊ eſt ratio: quia cum ipſis ⁊ ſine ipſis ſalus eſt: ⁊ ſunt duo .ſ. ordo ⁊ cōiugiū ſeu matrimoniū: ideo dicit ver. ſuperior. ordo voluntas thorus eſt. De ordine habes. lxxiij. diſt. vbi iſta didiciſti. de matrimonio. xxx. q. ij. vbi nō eſt ꝯſenſus. ſ. de ſpon. cum locum. ex his duobus elicit gratianus aliam diſtinctionem.

¶ Scđa diuiſio ſacramentorū

6 ¶ Sacramentorū † quedā neceſſitatis: quedā dignitatis. ſ. q. j. §. ſed notandū. voluntarioꝝ enim quedā dignitatis ſunt: qꝛ non admittūtur niſi digni. i. ſine crimine ſine infamia: ſine irregularitate: cū ad alia oēs liberius admittātur. ⁊ eſt ratio: qꝛ alia ſacramēta recipiunt hoīes ꝑpter ſe tantū. ſacramēta vero ordinū recipiūt non ꝑpter ſe ſolū ſed ꝑpter alios. ſ. q. j. §. ecce. Dicunt aūt ſacramēta ordinis in plurali: qꝛ plures ſunt ordines. qđ dic vt no. ꝭ. de ordi. ab epi. §. quid iuris. vel ideo dignitatis dicunt: qꝛ a dignioribus in eccleſia ſcꝫ epiſcopis cōferunt: vt not. ſ. eo. §. quis poſſit conferre. ⁊ iſto reſpectu dicit ſacramentū in quo chriſma ponit maius ceteris. matrimonium vero maius đ rōne ſignificatiōis. euchariſtie vero ſacramentū maius eſt in ſubſtantia: baptiſmus quo ad effectum: qꝛ radix eſt aliorū. vnde verſus. ¶ Maior in effectu baptiſmus corpus ineſſe. ¶ Coniugiū ſigno maiori chriſma miniſtro.

¶ Tertia diuiſio ſacramentorum.

7 ¶ Sacramentorum enim † quedā ſunt in quibus confertur gratia. ſ. queſtione. j. quicquid. vt ſunt ſacramenta neceſſitatis et ordinis ſiue dignitatis. ¶ Quedam vero ſunt in quibus gratia non confertur: ſicut matrimonia que contrahuntur quando precia interueniunt. xxxij. queſtion. ij. honorantur. xxx: queſtione v. aliter et conditiones pecuniarie apponuntur. infra. de condi. appo. de illis. ſiue cum conſummantur. xxxij. queſtione. ij. cōnubia. quod non eſſet ſi per ipſum gratia conferretur. nam in illis in quibus gratia confertur talia ſymoniam inducunt. infra. de pactis. capi. fin. ⁊ de tranſactio. ſuper eo. j. queſtione. ſiquam pio.

¶ Quarta diuiſio ſacramentorum.

8 ¶ Sacramentorū † etiam quedam ſunt iterabilia: quedā non ſunt qđ dic vt no. ſ. eođ. que ſunt iteranda.

¶ Circa hoc conſueuit queri quare ſacramenta fuerunt inſtituta. ſatis eñi poterat dominus ſine ipſis ſaluti humani generis prouidere. reſpō. tribus de cauſis fuerunt inſtituta. ¶ Primo propter humilitatē vt dum homo ſe in ſenſibilibus et inferioribus rebus propter deum reuererēter ſubijcit vt ex hac obedientia maiora apud dñm mereatur. argu. ſ. de maio. et obe. ſolite. rñ. j. §. j. ¶ Scđo propter eruditionē: vt per illud qđ foris in ſpecie viſibili cernit erudiamur ad virtutem ſacramentorū inuiſibilē agnoſcendam. j. q. j. multe. ⁊. c. multi. ¶ Tertio propter exercitationē. cum eñi homo ocioſus eſſe nō debeat proponit ei in ſacramētis vtilis ⁊ ſalubris exercitatio: per quā vanam ⁊ noxiam ocioſitatem declinet: immunda vel vana nō cogitet vel loquatur: ſed ſe ad bonā operationem exerceat: qꝛ fides ſine operibus mortua eſt. ꝭ. ti. j. c. vnico. §. qꝛ vero xp̄s. ver. inter ſcapulas ergo ſm hiero. facito aliqd operis vt te diabolus inueniat occupatū. de conſe. diſt. v. nunꝗ nā ociū ⁊ voluptas arma ſunt antiqui hoſtis ad miſeras animas captiuāda. ꝭ. de renū. niſi cum pridē. §. verū. verſus. ¶ Ocia ſi tollas periere cupidinis arcꝰ. ¶ Et iterū querit Egiſtus quare ſit factus adulter. In promptu cauſa eſt: deſidioſus erat.

9 Quis poſſit cōferre. † Minores minora: ſicut ſacerdotes baptiſmū precedentia. ꝭ. de ſacra vnctio. §. qꝛ vero xp̄s. ver: per frontis. ibi vnde cū ceteras vnctiones ⁊c. Itē, extremā vnctionē. ꝭ. eo. §. j. Item matrimoniū dando etiā benedictionē. ſ. de ſecun. nup. c. j. ⁊. ij. Item penitentiā ⁊ euchariſtiā que pōt exercere ſacerdos etiā ſine altaris miniſterio. ſ. de corpore vicia. c. ſignificauit. ⁊ de clerico debili. mi. c. ij. de conſe. di. iiij. conſtet: xvj. q. j. adijcimus. ⁊ de his ſ. de offi. archiepiſ. ca. ij. maiores vero. i. epiſcopi ⁊ ſuperiores maiora ſicut ſacramentum confirmationis ⁊ ordinis conferunt not. ꝭ. titu. j. §. a quo et qualiter. verſicu. vltimo.

10 Quis recipere. Sacramentū † baptiſmi quilibet recipere pōt ⁊ dꝫ. qđ dic. vt no. ſ. bapti. §. qs baptizari. cetera vero nō niſi xp̄ianus recipere pōt. qđ dic vt not. ſ. de preſby. nō bapti. §. qđ ſit de ordinibus. excepto matrimonio qđ nō ſolū apud latinos ⁊ grecos: ſed etiā apud fideles ⁊ infideles exiſtit. ſ. de tranſac. c. vlr. §. j. xxviij. q. j. §. j. ⁊ per totum inter infideles eñi matrimoniū verū eſt: nō tñ eſt ratū qđ dic vt. no. ſ. de diuor. §. quot modis. ver. vltimo.

Et qualiter cõferatur iuxta

moꝛem eccleſiaſticum quem apoſtolica ſedes obſeruat.s̃.ti.j.§.vlt.j.de here.ad abolendam.rñ.j.ꝙ ſi aliud incaute ſit omiſſuꝫ:caute ſupplendũ erit ſuo tpe.j.e.c.j.⁊ fi.⁊.s̃.ti.j.rñ.j.vt ecce cum pꝛeſbyter oꝛdinatur: tam oꝛdinans quam aſtãtes pꝛeſbyteri debent ei manum imponere.xxiij.diſt.pꝛeſpyter .Si vero diaconus oꝛdinetur nõ aſtãtes pſbyteri: ſed ſolus oꝛdinãs manũ imponit.xxiij.di.diaconus pone ergo qd omiſſa eſt manus impoſitio:ceteris omnibus rite ⁊ canonice peractis nũquid eſt oꝛdinatus ſic ſꝫ tamen executionẽ nõ hꝫ quouſqꝫ manus impoſitio que omiſſa ſit ſuppleta veruꝫ caute ſupplenda eſt verbi gratia pꝛoximo tpe qñ pontifex alios oꝛdinabit veniet defectum patiens vna cũ alijs non in apparatu ſolemni ſed ſtabit quaſi miniſtrans epiſcopo nec erit intentio epi vt ſuper eum oꝛones iam dictas iteret.ſꝫ qñ veniet ad locũ vbi facienda fuiſſet manus impoſitio: tunc apponat quanto cautius poterit.ne erroꝛ a circunſtãtibus cognoſcat̃:ſed ſi per ſaltum pꝛomotus ſit:vel alius magnus erroꝛ interuenerit in quo de facili diligens cautela in puplico adhiberi nequeat conſulo ꝙ in capella ſua pꝛiuatim oꝛdines celebꝛet:⁊ ſic ſecreto diligenter ac ſolenniter ſuppleat qd omiſit lij.di.ſollicitudo.ſic intellige.j.e.paſtoꝛalis.⁊ c.pꝛeſbyter.ar.s̃.de vſu pal.niſi ſpecialis.xliij.di.mandatis.xxiij.q.ij.dñs.xxij.q.ij.vtileꝫ ff.de nouationibus.doli.in fi.j.qd metus cã.j.per hec iura cauta ſimulatio appꝛobat̃.ſecus de ficta ſicut hipocriſis ⁊ que ſine cauſa fit.j.de reg.vt cleri.j.de celebꝛa.miſ.de homine.que autem ſunt de ſubſtantia:que de ſolẽnitate ⁊ que de honeſtate:⁊ in quo caſu iteretur oꝛdo.vel ſuppleat̃ dic vt no.s̃.ti.j.§.a quo ⁊ qualiter.ver.patet.¶ Sed qualiter intelligitur ꝙ aſtantes pꝛeſbyteri debent manum imponere pꝛeſbytero oꝛdinando:vt no.s̃.nunquid omnes pꝛeſentes hoc facere debent.ita videtur qꝛ indiſtincte loquitur.c.xxiij.di.pꝛeſbyter.ſed dic ꝙ duo ſufficiunt.ar.s̃.de tẽpo.oꝛdi.ſi archiepiſcopus.⁊.c.ſequẽti.lxvj.diſ.§.poꝛro.ſed nunquid ſubdiaconus manus impoſitionem recipit dicunt ꝙ non.xxiij.di.ſubdiaconus.Sed cõtra.j.eo.c.j.reſpondẽt ꝙ ibi manus impoſitio pro benedictione ponitur ¶ Eſt autem multiplex manus impoſitio ¶ Cõfirmatoꝛia.de cõſe.di.manꝰ impoſitio. ¶ Oꝛdinatoꝛia.⁊ hec ſpecialis in pſbyteris ⁊ diaconis.vt no.s̃.e.§.in pꝛin.⁊ eſt generalis reſpectu oim clericoꝛum.xxiij.di.qñ generalis.¶ Curatoꝛia vñ dñs in euangelio.ſuper egros manꝰ imponent ⁊ bñ habebũt.de hac s̃.ti.j.§.j.¶ Bñdictoꝛia ⁊ ſic accipitur in ſubdiacono.j.q.j.manus.s̃.de eta.⁊ qua.cũ contingat.¶ Conſecratoꝛia:⁊ hec locum habet in dignitate epiſcopali.xxij.di.epiſcopꝰ.Iteꝫ in dignitate ſeculari.vt in regibus.lxxv.diſt.oꝛdinationes.s̃.ti.j.§.ij.⁊.iij.Item in religione.vt in ſanctimonialibus.xx.q.iiij.virgines.videtur tñ hec benedictoꝛia.s̃.de tempo.oꝛdi.c.j.ſed ibi ponitur benedicere pro cõſecrare.¶ Expulſoꝛia:vt cum penitentes extra eccleſiam mittantur.l.di.in capite.⁊.c.penitentes ¶ Inſtitutoꝛia:vt inueſtitura coꝛpoꝛalis.xvj.q.ij.ſane.¶ Exſuſflatoꝛia.xxiij.di.exoꝛciſta.¶ Reconciliatoꝛia.xxvj.q.vj.qui recedunt.xj.q.iij.cum aliquis.hec conſiſtit in excõmunicatis vt in pꝛoximo alleg.ca.j.de ſen.excõ.cũ deſideres.ad.fi.⁊.c.a nobis.§.pen.in hereticis.j.queſt.j.arrianos.j.de heretĩ.excõicamꝰ ij.§.damnati.¶ Poteſt tamen non abſurde dici quod hodie ſubdiaconus impoſitionem recipit ſicut diaconus ⁊ canon antiquus loquitur iuxta ſtatum eccleſie pꝛimitiue.quãdo oꝛdo ſubdiaconatus ſacer non erat ſed hodie eſt.s̃.de eta.⁊ quali.a multis.j.de ſeruis non oꝛd.miramur.

11 Et que ſunt iteranda † & que

non.rñ.ſm oẽs hec tria baptiſmus oꝛdo ⁊ cõfirmatio nunqꝫ debent iterari.vñ.ver.¶ Fõs oꝛdo chꝛiſma non cetera ſunt iterãda .¶ De duobus pꝛimis aug.j.q.j.ſacra .⁊.c.manus. ¶ De tertio de conſe.di.v.de homine.⁊.c.de his.⁊.c.dictũ eſt vobis.reliqua vero quatuoꝛ ſacramenta quidã dicunt poſſe iterari.nã de penitentia mr̃imonio ⁊ euchariſtia indubitãter verũ eſt:cũ videamꝰ ipa quotidie iterari ¶ De matrimonio habes.xxxij.q.j.aperiant ⁊.c.ſequẽtibus.¶ De euchariſtia.de cõſe.di.ij.quotidie.⁊.c.ſi nõ frequentius.¶ De pñia non ſolẽni.j.de peni.ois.nõ ſolẽni ideo dixi: quia ſolẽnis pnia nõ iteratur eſt eñ ſacramẽtalis.l.diſt.in capite.⁊.c.ſequenti.⁊ ideo non reiterabilis.l.di.qꝛuis.de peni.di.iij.quãuis.xxviij.di.pꝛeſbyter.lxxxj.di.ſi quis epũs.xxx.di.pꝛeſbyter.niſi contraria conſuetudo alicubi vigeat de peni.di.iij.§.ex perſona.vñ in eccleſiaſtico nõ iteres verbum in oꝛatione tua. ¶ Idem de extrema vnctione:cũ enim ſit medicina anime ⁊ coꝛpoꝛis videt̃ ꝙ adueniente moꝛte apponi poſſit ⁊ debeat medicina:vt innuitur in autoꝛitate Ia.infirmat̃ quis in vobis ⁊c.ar.xlv.di.illud.⁊ ar.j.de offi.archipꝛeſby.c.ij.¶ Quidã tñ dicunt ꝙ nec iſta quatuoꝛ iterantur.nam in ſecundo coniugio benedictio non repetit̃ que ſacramentalis eſt.j.de ſecun.nupt.c.j.⁊.iij.nec eadem hoſtia iteruꝫ conſecratur:ſed alia ſumitur.¶ Ideꝫ de oleo benedicto:qꝛ illud quod pꝛimo fuit impoſitũ ſecundo non ponitur:ſed aliud.¶ Sed dicet

quis sic. nec baptismus iteratur si scdo detur dum eadem aqua iterum non benedicat: Respondent aliud est de bñdictione aque in qua fit baptismus: aliud de benedictione panis et olei. potest eñi baptismus celebrari in aqua non benedicta qr illa benedictio fit tm pro reuerentia et decore non virtute sacri: sed corp⁹ xpi non potest confici nisi de pane consecrato: nec vnctio fieri nisi de oleo ab epo sanctificato: ideoqz illa sanctificatio ad virtutem sacramenti pertinere videt. in coniugio aūt tm semel benedicitur quisqz alioquin pena imponitur sacerdoti. vt dixi vel dic q iteratio est quantum ad susceptionem et nō quantuz ad sanctificationem ¶ Mouetur ex eo q canon dicit simpliciter sacramenta non esse iteranda: et ideo videt eis q hoc simpliciter sit intelligendū. xix. di. si romanorum. j. de offi. de lega. venerabili. § pe. et fi. j. de priuilegijs. qr circa. ne fiat iniuria sacramento: vt. j. sequit. ¶ Sed sine dubio non semper est: vt apparet in his que notā. ꝫ. de vsu pallij. § et quo loco. ¶ Sed quare est prohibita. sacramentorum iteratio: qr nō est faciēda iniuria sacramento de consecra. distinc. iiij. ostenditur. j. q. j. q quidam. ¶ Sed quid est facere iniuriam sacramento? rñ. anime infigitur quedam imago preciosa siue pictura. s. character spiritualis vnde sicut si aliquis vellet ponere imaginem super aliquam imaginem siue picturam sup picturā. i. superpingere. pictura obscuraret interior et hic. vel dic quod facit iniuriam sacramento. i. illi qui contulit sacramentū quasi si non rite contulerit. ad hoc de conse. di. ij. c. fi. et no. q multum displicet pictori vel fabro cuilibet. si quis opus suum verbo vel facto detestetur: et pro bono habet si commendetur hac etiam ratione prohibetur iterari benedictio nuptialis. sed de hoc dic vt no. j. de secundis nup. § an licitum sit. ver. vel dic q illicite et sequentibus. ¶ Item ecclesia si corruit iterum consecranda est. de conse. di. j. c. fabrica. vel si comburatur pro maiori parte vt ea dis. ecclesijs. Si autem motum fuerit altare. vl sanguine sit polluta. dic vt. j. de consecrati. eccle. vel alta. in summa. et c. aqua benedicta. ¶ Et generaliter non iteratur aliquod sacramentum nisi illud de quo expressum inueniт sed hoc verum est si certum sit de receptione sacramenti. alias in dubio iterari potest: qr non videtur iteratum quod nescitur esse prestitum. j. de presby non bap. veniens. de conse. di. j. solennitas. j. de cle. per sal. pro. c. vnico j. de bapti. de quibus.

12 Quid operetur †sacramentum collige. ꝫ. ti. j. § qr vero christus. de consecra. dist. v. c. j. et per totum et no. q qui inuit⁹ recipit sacramentum etiam characterem non recipit. j. de bap. maiores. § vlt. ideo non cogitur quis precise ordines recipere, ꝫ. de etate et qualitate. queris. ¶ Et sciendum qd quāuis hereticus vel degradatus corpora sepeliat: missam celebret tamen propter hec corpora exhumanda vestimenta benedicenda altaria consecranda iterū nō sunt. j. co. ca. ij. ¶ Effectus etiam sacramentorum is est vt alia sint accipientibus quali corde et consciētia accipiuntur. j. q. j. § ecce cum dñs declarauit. ideo sunt malis ad iudiciū. de conse. di. ij et sancta malis. et non penitentibus sacramēta dari non debent: vt. xcv. di. illud. quod intelligo de peccatis manifestis. nam propter occulta non possunt alicui sacra negari: nisi per admonitionem secretaz vel publice in genere factaz. de cōse. di. ij. nō prohibeat. de hoc no. ꝫ. de eta. et quali. § ordo. versi. quid si clericus petit ordinari: et sequentibus. Sacramēta vero in se sancta sunt: nec per peccatorem q̄tumcunqz pollutum coinquinari possunt. j. de cohabi. cle. et muli. vestra. ¶ In summa notandum est q pena iterantis ſm leges est vltimum supplicium. C. ne sanctum bapt. reiteretur. l. ij. sz et ei qui sanctitatem baptismi geminat pena depositionis imponitur tanqz indigno sacerdotio. C. eo. ti. l. j. Illi autem qui sponte fuerint iterum baptizati vel cōditionaliter coacti promoueri non possunt. et ideз intelligo si ignoranter et postea cum sciuerint ratum habeant. Item si ab hereticis scienter. l. di. confirmandum. j. q. j. ventum. in fi. et q. vij. qui in qualibet. et c. conuenientibus. In habitu tamen clericali debent isti viuere et sic retinebunt priuilegium clericale. lxxx. di. dictum de conse. di. v. dictū qui autem ignorāter. sunt baptizati sicut frequenter fit de infantibus: vel coacti: absolute possunt promoueri: ſm quosdam de iure ſm alios quod tutius est de dispensatione episcopi. j. q. iiij. placuit. de vtrisqz habetur de conse. dist. iiij. eos quos. cōtradicit tamen vehementer de cōse. di. iiij. qui bis. vel dicitur q si ignorāter est aliquis baptizatus non indiget penitentia: sed tamen est irregularis et promoueri non potest. Sed illud dictum fuit olim in odium baptizātiuz vel de magno rigore: vel de ignorantia iuris que non excusat in talibus. et quod dictum est de rebaptizato intelligas de reordinato et de reconfirmato. arg. lxviij. di. c. j. de conse. di v. dictum.

¶ De filijs presbyterorum. Rubr.

1 Presbyteri filius qui dicatur,
2 Spurius quis dicatur,
3 Notus quis dicatur:

4 Manſer quis ſit.
5 Filij preſbyterorum qui prohibeantur ordinari.
6 Natus de damnato coitu poſtea ſi pater ducat matrem vxorem nunquid talis poterit promoueri.
7 Diſpenſatio circa ſpurios et alios que ſit.
8 Diſpenſare circa predictos quis poſſit.
9 Beneficia que ſunt q̄ intelliguntur curā animarum habere.

Vitiū originis de quo legitur.lvj.di.per totū impedimētum preſtat ordinandis.ideo poſt tractatum ordinandorum et preſciencorum de quo in ſuperioribus p̄miſimus: de filijs preſbyterorum ordinandis vel non videamus dicentes. ¶ Quis dicatur filius preſbyteri. ¶ Qui filij preſbyterorum prohibeātur ordinari. ¶ Que eſt cauſa prohibitionis. ¶ Que diſpenſatio circa eos adhibeatur. ¶ Quis poſſit diſpenſare.

1 Quis dicatur filius† preſbyteri [a] is qui ſuſceptus eſt de legitimis nuptijs et talis nō prohibetur ordinari quod dic vt no.j.eo.§ ſeq. ¶ Itē et is qui cōfitetur ſe filium fore: q̄uis de illegitimo coitu.s.de elec.innotuit.habetur ei fides cōtra ſe.ff.de interrog.ac.de eta.§.j.ſic poteſt intelligi qđ habes.j.e.michael.ſ.quod intelligatur ſuſceptus de legitimis nuptijs qr filius is eſt quem nuptie demōſtrāt.ff.de his q̄ ſui iuris ſunt.filium probatur ergo filius etiā illegitimus ſi hoc cōfitetur.ſic intellige.j.eo.c.ij. ¶ Quid ergo ſi neget ſe filium ſacerdotis.q̄uis eni mater de facili probari poſſit.ff.de in ius vocā.qr ſemp impoſſibile tn̄ eſt probare patrē in hoc caſu per teſtes:ideo dicit lex q̧ hec cōditio eſt impoſſibilis ſcʒ ſi probaueris te filiū talis.ff.de cōdi.et demō.lucius dic ſi pōt probare negās q̧ mater ſua habebat virū legitimū cū quo morabatur tpe cōceptionis.probat ſe legitimum per l.filium.ſuperius allegatam vel probatur filius ex affectu.j.de preſum.afferte.ij.q.vj.ad romanam.C.de inof.teſt ſi mater et ſtabit his cōiecturis donec probetur cōtrariū.C.de proba.nō nudis.et de nup.ſi vicinis.C.de teſta.nō profeſſio et de here.inſt.ſi pater.ff.de inof.te.ſi inſtituta §.j.Si viro conſtet q̧ cū ſacerdote morabatur eius filius preſumitur.j.qui fi ſint le.cām q̄.j in dubio vero ſi infamia laboret nimia poterit ſe purgare ſic intellige.j.de purga.cañ.accedens filiatio ergo paterna illegitima de facili non probatur licet certa indicia admittātur ſi per legitimos teſtes comprobentur.ſic poteſt intelligi.j. qui fi.ſint le.trāſmiſiſſe ad fi.in his eni in quibus certa probatio haberi non poteſt,vt in furtis et ſimilibus indicia probabilia et preſumptiones violente ſufficiunt C.de re ven.indicia.C.de queſt.milites.ff.de re.mili.non omnes.§.a barbaris.qđ dic vt no.j.de preſum.in ſumma.ſic etiā non preſumitur mrimonium niſi probetur.xxx.q.v.aliter.ſic nec filius legitimus niſi probetur parentibus viuentibus ſecus quinquennio elapſo poſt mortem qđ dic vt not.j.qui fi.ſint legi.§.qualiter probetur filiatio.et de conſanguini.§ et vñ dicatur. ¶ Filius vero preſbyteri illegitimus ſpurius† dici poteſt qr ſpurius eſt [b] qui vulgo queſitus eſt.i.in ſcorto qui neq̄t patrem oſtendere vel etiā oſtēdit ſʒ verecundum.ff.de ſta.homi.vulgo inſti.de nup.§.ſi vero aduerſus.naturalis vero eſt de concubina. natus.j.de proba.per tuas cuius filiatio per cōfeſſionem parentum probatur.j.de proba.per tuas. ¶ Cōſueuit autem dici q̧ natus de
3 adulterio notus† dr qui vr̄ verus et non eſt verus ſic dictus a nota.i.infamia que multuʒ affligit hominē ſicut dr nocha febris quartana que multum affligit ſecus ſi antica ſit et merito ſperni poſſit.ff.de re iudi.quidam et tamē nō eſt peccatū illius qui naſcitur ſi d qnigenerat.lvj.di.naſci ſed qr de graui peccato natus eſt fama ſigillatur.xxxij.q.vij quid in olbus
4 ¶ Manſer† vero proprie dr de ſcorto natus. ¶ Spurius de cōcubina:ſic dictus a ſpurcitia incontinētie ſm hoc quilibet illegitimus ſpurius eſt:qr q̄uis cōcubinatus per legē antiquā admittatur.ff.de concu.in concubinatu l fi.ar.xxxiiij.di.c.j.et ij.hodie tamē talis coitus omnino reprobatur etiā per leges que mouent omnes caſte viuere.et punit lenones caſtitatis peſtiferos vaſtatores in autē.de leno.reſpon.j.et.§.ſancimus col.ij et quibus mo.natu.effi.legi.§.illuc quoq̧ colatio.vj.et ſi etiam hec lex concederet cuʒ hic vertatur periculuʒ anime

a ¶ Quis dicatur filius ſacerdotis Adde Jo.an.in addi ſpe.ti.de fi.preſby.idē in ti.qui fi.ſint legi.

b ¶ Spurius Adde doc.in.c.cōſuluit.de ſeruis nō or.do.in.c.niſi cū pridē in.§.ſpurius de renun.Bar.in.l.generalit.in.§.cū aūt C.de inſti.et ſubdi.

non dedignaretur ſacros canones imitari infra de ſecun.nup. capi.fi.⁊ vide quod not. infra qui fil.ſint legi.

ego.tamen, in honorarium ſic poteſt recipi
quod ⁊ in multis eccleſijs obſeruatur. et de
hoc not.ſupra de cle.non reſi.§.qualiter.x.ſi.
item videtur reſidens.talis vocabitur ⁊ ad=
mittetur ad cōmunes tractatus: et recipietꝭ
tanꝗ̄ hoſpes: ⁊ finito tractatu recedet et ni=
hil percipiet: quia non fecit reſidentiam per
ſonalem: ad hoc non eſt idoneus laicus.ʃ.de
inſti.c.ij.ſupra de elec.maſſana.cum ſuis fili
bus.nec puer quia neſcit ſeipſum regere. ſ.
de eta.et qualit.indecorū. ⁊ eius etas quid
videat ignorat.C.de falſa mo.l.j.vnde nec de
bet iura ſapientum tractare. C.de teſta. mil.
l.fi.ergo cum inhabilis ſit omnino, etiam ne
ceſſitate imminente ad talem honorē pmo

neri nõ poteſt.ſm hoc põt intelligi.ff.de iur
immu.l.ij.§.impuberes. beneficiatus vero i
alia eccleſia circunſpectus ⁊ iure peritus ad
hoc idoneus eſt:⁊ ſic poſſunt exaudiri iura q̃
innuunt:q aliquis poſſit habere locũ in di=
uerſis eccleſijs.expedit.arg.ſupra de cler.nõ
reſi.ad hoc.⁊ de eta.et quali.queris.⁊ in au=
tē. vt cle.qui rece.col.v. Expedit autem ipſis
eccleſijs duobus modis: vel quia non poſſēt
ſufficere omnibus canonicis ſi preſentes eſ=
ſent:vbi non eſt certus canonicorum nume=
rus inſtitutus:⁊ oīa habent cõmunia vel qꝛ
habebit aduocatum ſine ſalario qui al's poſ
ſet vendere ſuum patrocinium.xi q.iij.nõ lꝫ
qua ratione conſiderata etiam ſi prebendaꝫ
habeat aſſignataꝫ ipſam forte percipere po
terit vicario magis idoneo q̃ ſit ipſe quo ad
officium conſtituto ad ſeruitium eccleſie fa=
ciendum ſicut ⁊ in quibuſdam eccleſijs con=
ſuetudo obtinet q̃ tuenda vr̃.ar.ſ.de cõſti.cũ
oẽs.ī.de cler.egro c.i.cum nõ ſit eccleſijs one
roſa.ſ.de conſue.c.i.et.ij. Illud vero bñficiuꝫ
quod requirit obſequij aſſiduitatem tm̃ põt
appellari prebenda vel portio certa que aſſi
gnatur vicario vel clerico aſſiſſio: ⁊ ſic dicto
ab aſſideo aſſides qꝛ continue reſidere ⁊ aſſi
dere dꝫ.de hoc.ſ.de cle.non reſi.cum ad hoc
ad quod beneficiatus in alia in conſimili be
neficio idoneus non eſt.ſ.de offi. vica.prohi
beas.⁊.c.clericos.⁊.c.ex parte. ⁊ ar.ſ.de cle=
ri.coniu.qđ a te.⁊.ca.diuerſis.xvi.q.i.pbr̃os
C.de offic.aſſeſſo.nemo.nec eñ põt qs duob⁹
dñis ſeruire.xxvi.di.acutius.puer tñ ex quo
excedit infantiam quo ad ordinem ſuũ ⁊ ei⁹
offiñ quod põt exequi idoneus eſt.arg.ſ. de
tēpo.ordi.vel non eſt compos.nã ⁊ tales ad
minores ordines promoueri pñt.xxviij.diſt.
de his.lxxvij.diſt.ſingulis.⁊.c.quicunq̃.⁊ ſic
ep̃s talia bñficia que in perceptiõe fructuũ
tm̃ conſiſtũt.i.q.iij.ſi quis prebendas. põt ta
libus aſſignare.qꝛ et eis tenetur prouidere:
ex quo ipſos ordinauit.ī. eo.c.ij.q̃uis eccl'ia
romana cõſueui cõpellere ep̃m niſi aliquem
ad ſacros ordines ꝓmouerit.vt.ī.eo.cũ ſcđm
¶ Item laicus quo ad hoc idoneus eſt duꝫ
tñ vita mutet ⁊ religioſe viuat ⁊ obſequium
quod cõuenit faciat:ſicut no. Lau.ī.de cõſti.
c.ij.argu.xxiij.q.i.paratus.circa prin.⁊ q̃ bñ=
ficium tale emit ſimoniã cõmittit.i.q.iij. ſal=
uator ad fi.⁊ ſic põt intelligi. ī.de deci. q̃uis
ſit graue. ad fi.a contrario ſenſu. ſane tñ in=
telligas.nec eñ dico q tales poſſint eſſe vi=
carij.ſed poſſunt aliud officiuꝫ:puta oſtij cu
ſtodiam vel conſimile exequi ⁊ percipere be
neficium prebendale. ¶ Illud autem benefi
cium quod requirit vtrunq̃.ſ.conſilij matu
ritatem ⁊ obſequij aſſiduitatem eſt canonia
prebendalis ſiue prebendaria ad quod bene
ficiatus in aliqua idoneus non eſt neq̃ puer
ſic intellige ī.eo.ſuper inordinata.excipe ne
ceſſitatem eccleſie vbi alius magis idoneus
non reperitur arg.ſ.de ele.officiũ.ī.eo.de mul
ta in fi.⁊.c.expoſuiſti.nam neceſſitate inſtan
te maior.vij.annis recipi poterit.ff.de decu=
rio.generaliter.§.ſpurios.⁊.l.ſpuriũ maxime
in eccleſijs in quibus ad dicenda rñſoria et
deferenda candelabra tales ſunt deputati.
ar.ī.eo.extirpande.§.qui vero. ibi in ordine
que ipſius cura ⁊c.xxv.diſt. perlectis. dũ mõ
idoneus ſit.arg.ſ.de preſump.ex ſtudijs ſec⁹
ſi carnalitas ſequeretur.nam tunc vnius cõ
tra oẽs alios appellationem admitterent. ī.
eo.graue.ī.de his que fi.a ma.par.ca.c.i.ſed
vt bonus eſt ⁊ neceſſitas imminet recipi põt
tñ talis ⁊ ſi prebenda recipiat ſuffragiuꝫ nõ
feret:ſed vſq̃ ad certũ tp̃s concilij ſui requiſi
tio ſuſpẽdetur.ff.de decur.ſpurij.§.minores
et licet.l.illa innuat de etate. xxv. annorum
tñ.xvij.anni videntur ſufficere.arg.ff. de po
ſtu.l.i.§.pueritiam.vel ſaltem.xviij.ff.de off.
deleg.cum vigeſimũ vel dic qđ ⁊ poſt. xiiij.
an.arbitrarium erit.arg.ſ.de eta.⁊ quali.in=
decorum.⁊ in his que not.ī.de deſpon.ipub.
§.i.et.ij.et ſ.de eta.⁊ qualit.§.etas. ¶ Patet
ex premiſſis quod alius eſt canonicus tãtuꝫ
p̄bendarius tm̃:alius eſt canonicus preben
darius:et ſm hoc planuꝫ eſt qđ dicitur.lxx.
diſt.ſanctorum.ſ. q q̃uis diſpenſatione ep̃i
valeat quis preeſſe diuerſis eccleſijs ſubau=
di vel tanq̃ canonicus tm̃ locuꝫ tenere cano
nicus tñ prebendari⁹ non poterit eſſe niſi ſub
audi ſicut.ſ.no.neceſſitate vel vtilitate eccle
ſie exigente.nec ob.i.q.iij.ſi quis obiecerit:qꝛ
intelligendum eſt q loquatur de illo qui ſer
uit in perſona propria cuius os ligari nõ de
bet.ī.eo.cum ſcđm.⁊.c.extirpande.vel ſic ex=
pone:⁊ intellige quod ibi dicit.ſicut aīa ſine
corpore non viuit corporaliter: ſic ſpũale ſi=
ne tp̃ali ſiue corporali in nullo ꝓficit:ſubau
di verum eſt tp̃aliter: ergo non prohibet q̃n
vnum ſine altero eſſe poſſit:ſed dicit q ſpũa=
le non proficit tp̃aliter ſine tp̃ali: ſed hoc in=
tellige q canonic⁹ nõ dꝫ eſſe ſine prebẽda ve
rum eſt ſi perſonaliter reſideat ⁊ ſeruiat.ſ.de
conſti.cum.M.ferra.ī.eo.relatum.⁊.c.dilect⁹
alias contra.ſ.de cleri.non reſi.cum ad hoc
⁊.ſ.de appel.peruenit.vel quod dicit ſi quis
obiecerit regulare eſt:hoc autẽ caſuale. ſicut
⁊ q̃n quis recipitur vltra numerum autorita
te pape:niſi quidẽ ſtatim recipit. ⁊ eſt cano=
nicus ſub expectatione p̄bende.ſ. de reſcrip.
conſtitutus. ¶ Aliud eſt beneficiũ quod req̃=
rit patrocinij fidelem defenſioneꝫ:puta quia
ratione aduocationis aſſignat᷑ alicui in mo=
naſterio vel eccleſia certa penſio vt vocatus
veniat et patrocinetur.ad hoc ſupra de ſym

dic. capitu. primo. ꝛ ad hoc puer non eſt ido
neus: quia minor. xvij. an. non poteſt procu=
rare. iij. q. vij. §. tria. ver. quidam ꝓhibentur.
ſed bñficiatus hoc modo, in alia eccleſia nõ
prohibetur: imo poteſt quis in diuerſis eccle
ſijs hoc modo beneficiari ꝛ obligari. vt. ŝ. de
iureiurand. veniens §. verum. Sed conſulo
tali ꝙ ſemper excipiat primum pactum: ne
vel de non obſeruatiõe pacti vel de deceptio
ne: ſi hoc tacuit poſſit notari. argu. ſupra de
iureiur. tua nos. ꝛ capi. breui. ꝛ c. quanto. ff.
de act. emp. ꝛ vend. l. j. §. venditor. ꝛ in hoc ca
ſu poteſt cleric⁹ ſecularis in monaſterio ha=
bere prebendã non tamen fraternam quam
habere non poteſt: ꝛ ſic intellige infra de ſta
tu mo. c. fi. §. precipimus. poteſt et habere pre
bendam ſpiritualem cui hoc onus ſit anne=
xum. argu. infra eod. ſignificatuꝫ infra vt be
nefi. eccl. vt noſtrum §. fi. ¶ Quid ſi vna eccle
ſiarum in qua quis ſic beneficiatus exiſtet li
tiget contra aliam. Reſpon. tractet de cõpo=
ſitione nec aliquaꝫ offendat ex vi pacti habi
ti hoc cauere poteſt. arg. ſupra de poſtu. ca.
fi. alioquin prime adherebit contra ſecũdaꝫ.
nec ob. C. de pac. pacta. cum ſi. quia illud ve=
rum eſt quando diuerſa pacta fuerint inter
diuerſas perſonas. ¶ Quid ſi ſimul pepigit
a cum duabus eccleſijs[a] ꝛ ſimul citant qđ ve=
niat patrocinari. Reſpondeo locus eſt grati
ficationi. argu. ff. ad ſill. ſe. con. ſi quis in gra
ui §. ſi cum omnes aliud eſt quod requirit re
munerationeꝫ ad antidora q̃ſi. ſ. videtur epi
ſcopo ꝙ aliquis bonus eſt ꝛ honeſtus: ꝛ be=
ne ſeruit ei / ſed et ſeruire poteſt quare ipm
remunerat vel beneficiat: ad hoc. j. de dona.
per tuas infra de vſuris. cap. j. ad fi. xvj. que
ſti. prima. poſſeſſiones. et queſt. ſexta illud. in
fra de his que fi. a prela. continebatur. et. ꝛc.
ſeq. j. de teſta. relatum. ij. §. licet auteꝫ ad hoc
idoneus eſt puer maior infante. nam talis ꝛ
mereri poteſt ĩfra de delic. pue. pueris. eſt er=
go naturale ꝙ qui bene facit bonũ recipiat.
ff. de iuſti. et iure. l. j. ff. de peti. here. ſed et ſi. l.
commiſſaria §. conſuluit. ¶ Sed beneficiuꝫ
quod ad vite ſuſtentationem aſſignat̃: aliud
cauſa pietatis: puta cauſa hoſpitalitatis ad
quam tenentur clerici. xlij. diſtin. §. prlo. xvj.
queſtione prima. quoniam quicquid. xlvij.
diſtinctione ſicut hi. infra eodem de mona=
chis. vel quando aſſignatur pauperi: vt in=
de ſuſtentetur. lxxxij. diſtinctione §. primo. et
capitulo primo. infra de pecu. cleri. capitu=
lo fina. ſupra de cleric. coniuga. quod a te §.
primo. et hoc poteſt beneficiato inſufficiẽter
et puero pauperi aſſignari. ¶ Aliud vtilita
tis cauſa vt ſcilicet litigium vitetur vel con
cordia fiat. ſupra de reſcript. ad audientiam
infra eodem niſi eſſent. ¶ Aliud cauſa hone
ſtatis vt penſio aſſignata illi q̃
ſeruire non poteſt nec decet ꝙ
mendicet. ſic infra de cleri. debi
li. tua nos. xciij. diſtincti. diaco
ni ſupra de cle. coniug. ioannes
in fi. ŝ. de renuncia. admonet. l.
diſ. ſtudeat. ¶ Aliud cauſa ne
ceſſitatis: vt quod aſſignatur
coadiutori. infra de cleri. debi=
li. capitu. penultimo. et finali. ꝛ
capitu. de rectoribus. ¶ Aliud
cauſa gratioſe voluntatis: ſi=
cut quando aſſignatur clerico
coniug. Joannes. xxij. diſtinc.
ſi qui vero. xij. queſtione prima
quia tua. nec in his caſibus vi
detur intelligenda decre. infra
eod. ſuper inordinata.

4 Et a quo.† Aliquã=
do ab epiſcopo: aliquando a
a capitulo: aliquando a laico:
quod dic vt plene notatur ſu=
pra de electi §. quis poſſit eli=
gere. verſicu. quid de prebẽdis
ꝛ ſeq. ¶ Item a papa conferri
poteſt in quo caſu ſi tẽpore da
te ꝛ receptionis literarum va=
cat bñficium vtrumq; tp̃s iſpi
citur. vt ſupra de reſcript. cam
te. j. eo. venerabilis. Sed ſi tem
pore receptionis vacat non tẽ
pore date vel econtrario tp̃s re
ceptionis inſpicitur. vt. j. eo. di
lect⁹. ij. ꝛ hoc quantũ ad cano=
nicos qui diuinare nõ tenẽtur.
j. vt bñfi. ec. ſine di. cõ. vt nr̃m §.
j. verſi. porro. ¶ Sed ſi duo im
petrant reſcriptum pro aliq̃
beneficio obtinendo: et quera=
tur quis potior ſit tempus da=
te inſpicicitur. vt ſupra. de of=
ficio delegati. ex parte ſecunda
de reſcrip. capitul. qđ quidam
aliter intelligunt: ſed ego aliđ
eſt reportare aliud reddere ſeu
recipere. ꝛ etiam ibi qui primo
impetrauit primo reportauit:
ideo enim intelligo, quod ap=
pellauit capitulum ſancte cru
cis ab executoribus quos ſe=
cundus impetrauerat dicens:
quod iam receperãt aliud mã
datum: vnde non erant cogen=
di: et ſic non tenuerunt ſenten=
tie. ¶ Sed bene tenuerunt
alie litere a iudicibus primo

[a] ¶ Si ſimul pepigit cũ duabus eccleſijs. ad=de gloſ. i. c. j. q. vij. gl. in. c. fin. de poſtul. ar=chi. in ca. epoꝝ. vij. q. j. doc. i. c. veniẽs de iureiuran. Barb. i. ca. paſtoralis in fi. de of=fic. deleg. pau. de ca. l. l. in opis ff. locati.

Sed bene tenuerũt alie litere a iudicib⁹ primo impetratis. ⁊ de illis ſecundis dicit in fi. qđ relaxent̃ iuxta formã eccleſie. hoc eſt primo impetrante recepto cum iniuria notoria eſſet. j. eo. de verb. ſig. ex parte. ⁊ de hoc intellectu ſequentium decre. no. ſ. de reſcrip. §. qđ cui preiudicet. ſub. §. quanto autẽ. impetrat idem cõtra eundẽ. ⁊ pro me. ſ. de reſcrip. mãdatũ. vbi dicit ſi pro alio ibi non ſcripſimus aperte probat̃ hoc. j. eo. venerabilis. vbi hec exceptio non admittit̃. ¶ Et hoc verum eſt ſi vtrũq; ſit gñale vel vtrũq; ſpãle. nã ſi alterũ ſpeciale ⁊ alterũ generale ſemper per ſpeciẽ generi derogat̃: vt. ſ. de reſcrip. abbatẽ. nec eſt vis qꝛ dicit iam recepit: ſubaudi enĩ maxime: qꝛ idẽ ſi poſt. ⁊ eſt rõ qꝛ ꝗ gñales lr̃e adhuc reſpiciũt alia beneficia: vñ ſcđm iſtũ intellectũ quilibet habebit bñficiũ ſuũ ⁊ interpretatio ſic fieri dꝫ qđ res potius valeat ꝙ pereat. ff. de rebus dub. quoti. ⁊ de verb. obl. quoti. ⁊ de re iudi. quoti. ¶ Et hec locũ habẽt in reſcriptis impetratis ad beneficia obtinenda reſcriptis impetratis ad lites ꝯtẽtioſas ſi vis ſcire an reſcriptũ valeat inſpiciendum eſt tp̃s date: vt. ſ. de trãſac. ex lr̃is. ⁊ de reſcrip. ſignificauit. ⁊. c. vlti. ¶ Sed ſi vis ſcire an iudex iuriſditionẽ ſuam poſſit exercere tp̃s receptionis ⁊ expreſſionis attendit̃: vt. ſ. de reſcrip. paſtoralis. de ap. ſup. e. ti. ¶ Sed ⁊ ſi papa pro aliquo beneficiãdo ſcribat non põt ei ꝓuideri in rectoria vel dignitate: vt. j. eo. c. vlt. Secus ſi ꝯcedat ep̃o ꝙ redditus bñficiorũ ſibi retineat: vt. j. de verb. ſig. tua. ratio qꝛ in bñficiis latiſſima interpretatio ⁊c. niſi alicui paret̃ preiudiciũ: vt. C. de emanci. lib. nec auus. j. de ſtatu mona. in ſingulis. §. porro. ⁊ hoc ex volũtate fit illud ex neceſſitate eccl̃ie: vt. j. vt beneſi. eccle. ſine di. con. §. vlt. ¶ Sed qđ ſi poſt mãdatũ receptũ a ſede apoſto. ꝙ petrus recipiat̃ canonici recipiũt. Guilielmũ: nunquid Guliel. remouebit̃. nõ vr̃: vt j. eo. dilectus. ij. ⁊. iij. ſed cõtra. j. eo. venerabilis. in fi. ⁊ de ꝯceſ. prebẽ. ꝓpoſuit. ¶ Ad horũ ſolutionẽ ſic diſtin. ¶ Si quis cõtra mandatum apoſtolicũ prebendã cõferat refert vtrũ mandatũ ſit collationis. i. mandatum in quo continet̃ collatio beneficij iam facta. ⁊ tunc quicqđ fit poſtea dũtamen eo collatio tenuerit irritam. j. eo. venerabilis. ad fi. ¶ Aut eſt mandatũ promiſſionis. i. in quo continetur ꝙ alicui debeat de tali beneficio prouideri: ⁊ tunc vtrum in reſperipto ſit appoſita hec clauſula. ſcꝫ qđ ſi quicꝗ̃ ꝯtra factũ fuerit irritum habeatur et tũc ſimiliter ſi de ipſo ſecus fiat non valebit. infra eodem inter cetera. ⁊ capi. dilecta. verſi. ſi forte. ſupra de elec. innotuit. in fi. infra de deſpõ. impu. ad diſſoluendum. in fine. ¶ Aut ſupradicta clauſula non eſt ibi appoſita: ⁊ tunc aut vterq; ſcilicet tam conferens ꝙ̃ recipiens ſit mandatũ apoſtolicum impetratũ: ⁊ in hoc caſu de rigore iuris eſt irritanda collatio argumentũ. ſ. de poſtul. prelato. bone. §. nec nocebat. ſupra de alie. iud. mutã. cau. fac. ca. j. ſ. de appel. me minimus. ⁊. c. ſuggeſtum. ff. de iudi. ſi pretor. ⁊ ſic poteſt intelligi. j. de conceſ. preben. ⁊ eccle. nõ vacan. propoſuit. j. eo. dilectus. iij. niſi forte papa cõtrariũ reſcribat: vt magis capitulũ puniatur. j. eo. dilectus. ij. ¶ Aut vterq; ignorat: ⁊ tunc qđ rite factũ eſt non retractabitur. ar. ſ. de reſti. ſpo. audita. j. de dona. cõſultationibus. nec enĩ eſt eis imputãdũ ſi nõ diuinauerunt. j. vt benefi. eccle. vt noſtrũ. §. j. ¶ Aut conferẽs ignorauit ⁊ recipiens ſciuit vel econtra: ⁊ tunc videt̃ tenere collatio. ar. j. qui filij ſint legi. ex tenore. ita tñ qđ in ptãte ignorantis ſit retinere vel remouere vel relinquere. arg. j. de eo qui dux. in matri. quam pol. per adul. capi. j. ff. de dolo. l. j. §. j. ſ. de reſcrip. ſedes. in fi. Sed niſi ingnorans ꝯtradicat ꝙ̃ cito ſcit veritatem non poterit de certo diſſentire. arg. j. de eo qui dux. in matri. quã pol. per adul. veniẽs. j. de cõiug. ſeruo. c. ij. et ca. fi. ſ. de offi. deleg. cũ olim abbas. §. fi. ſ. de renun. admonet. ſ. de tranſla. epiſ. quanto. §. ceterum. ad hoc. ff. de his que in frau. cred. l. j. ⁊ñ j. §. j. ſcđm hoc etiã põt intelligi. j. eo. dilectus. ij. et. iij. ¶ Sed et a legato apoſtolice ſe. conferri poteſt habita diſtin. de qua no. ſ. de offic. delega. §. quod ſpecies. verſic. tertio. ¶ Quid ſi legatus retinuit prebendã aliquã donationi ſue ⁊ inferiorib⁹ retentionẽ ipſam vacantem conferat non videtur quod valeat collatio inferioris: vt infra de iure pa. cum dilectus. §. nos igitur. ⁊ ſupra de dolo ⁊ contuma. veritatis. ad fi. Quid ſi delega. a papa inhibeat per aliquã prouinciam vel dioce. ne aliquod beneficium conferatur quouſq; ipſe ꝓuiderit illi pro quo mandatũ recepit ⁊ quidem non video quod hanc inhibitionem facere poſſit quo ad effectum niſi forma reſcripti hoc habeat. argu. xj. q. iij. c. peruenit. ¶ Sed nunquid poteſt retinere donationi ſue beneficium primum vacans: ita videtur quia ⁊ legatus hoc poteſt: vt no. ſ. eo. verſic. quid ſit legatus. ⁊ tantum facere dꝫ ſpeciale mandatum quo ad quedam: quantum generale quo ad omnia. argu. ff. pro ſocio. actione. §. renunciare. ff. de admi. tuto. ſi duo. ⁊ argumen. ſ. de offi. lega. ſtuduiſti. contra infra de priuileg. porro. ⁊. c. ſane.

5 Et infra quod tempus. †Infra ſex menſes: vt infra de conceſ. preben. nulla. quod dic vt ibi not. in ſumma. §. ⁊ infra: qđ tempus. ⁊. ſ. de elec. §. quo tempore. ¶ Sed

a nunquid ſemper per mortem canonici[a] vacat preben. hic diſ. vtrum in eccleſia ſit cert⁹ canonicoꝝ numerus inſtitutus vel non: ⁊ vtrum quoddam ius de nouo creetur vel non: ſicut plene not. ī. vt benefi.ec.ſine di.con.poſt prin.

c **Et qualiter.** †Et quidem.iiij.exigunt ſcꝫ quod conferat. ¶ Pure palam. ¶ Libere. ¶ Sine diminutione. ¶ Pure.vt.ſ.nullum pactuꝫ/nulla conditio nullus modus interueniat.vt.ſ.q.ñ.c̄ppio.ſ. de pact.c.fi.nam et modus equipollet conditioni.xxviij.q.j.ſi infidelis.C.de legi.que ſub modo.l.j.ī.de condi.ap.verum.imo etiã magis obligat modus ꝙ conditio. nam ſi is cui ſub modo alquid delinquitur caueat de ipo implendo ſtatim agere poteſt.ff.de lega.iij.ſi cui legatum eſt ſecus in condi.cuius euẽtus adimpletio ſpectanda eſt.ff.de cond.⁊ demõ. qui heredi.§.fi.⁊ l. quib⁹ diebus.§.fi. ff.de fideicõ.liber.cuꝫ in teſtõ.in princ.que autẽ ſit differentia inter conditionẽ modum ⁊ cauſã dic vtmo.ī.de condi.appo.§.quid ſit cõditio. ⁊ qualiter hec ſimoniam inducant not. plene.ī.de ſimo.§.quid ſit ſimonia ⁊ qualiter cõmittatur. ¶ Palam alioquin ſuſpecta habetur collatio.ī.vt benefic.eccle.ca.vnico porro ff.de iure fiſci.ita fidei.ff.de admi.tut.nõ exiſtimo.xviij.q.ij.pernicioſam.lxxxj.diſt.clericus ſolus.⁊ not.de hoc ſ.de iudi.§.qualiter. ¶ Unum tñ not. circa hanc materiam quod ꝙuis electiões clandeſtine reprobẽtur vt.ſ. de ele.q2 propter.ad fin.non tñ prouiſiones/ ſeu collatiões:dũmodo is cui prouidetur capax ſit.ar.ff.de dila.l.j.li.x.ſm Goffr.⁊ ſic obtinet conſuetudo.nam ⁊ epi in cameris ſuis paucis preſentibus cõferunt beneficia ſua: verũtñ ex diutina occultatiõe,⁊ ex quibuſdã aliis circunſtãtijs oritur ſuſpitio cõtra cõferentem.⁊ ſic loqtur.ī.vt benefi.ec.c.vnico.§.j. ⁊ ſeq. ¶ Libere.i.motu rationabili ⁊ liberali ī.eo.relatum.ſ.de renun.ad ſupplicationeꝫ non carnali:ſed iudicio rationis.ī.eo.graue. ī.vt benefi.ecc.c.vnico.§.oibus.quia nõ ſanguine:ſed vite meritis ſunt beneficia.ecc. cõferenda.viij.q.j.moyſes.ideo cuꝫ in eccl'ia argentina tractaret epm de cano.creandis ⁊ q̄libet noiaret nepotem ſuum vel conſanguineum inhabilem ⁊ inutilẽ: quidam roman⁹ qui ibi erat canonicus quẽdã aſinũ qui pluſ ꝙ per.xx.an.caplo ſeruierat noiauit dicẽsq dictus aſinus propter ſeruitium qd fecerat eccleſie dignior erat omnibus nominatis:et ſic fuerunt confuſi alij nominatores. ⁊ ſi vis comprobare nominationem romani:vide q not.infra de ſimo.§.qualiter.verſi.munus.et ſequenti.ergo libere. ideſt puro iuſto⁹ rationabili motu non carnali nec pecuniario: nõ auaro conſuetudinario ſunt beneficia ecc.cõferenda:vt probatum eſt ⁊ legitur.ſ.qd.iij.ſi quis prebendas. ¶ Sine diminutiõe aliqua qd dic vt not.ī.vt eccl.benefic.ſine dimi.confer.

¶ Illud quoqꝫ in ſumma notandum q nullus debet ordinari ſine titulo niſi patrimoniuꝫ habeat. vt dictum eſt.ſ.eod.§. cui. ¶ Sed quid ſi dederit eccleſiam prelatus que alteri⁹ erat pro titulo:et poſtea conuincat vel quid ſi caſmate pereat/vel depauperetur.dicunt quidam q querat victum manib⁹ exẽplo apli.xcj.diſt.§.j.⁊.c. cleric⁹ victum idem ſi recepit min⁹ ſufficientem ti.q2 imputari ſibi dꝫ qui talem recepit.duas eñ habere non poteſt:vt no.ſupra de cler.non reſi.§ qualiter.⁊.§.pe. ¶ Puto verius q tenetur ei ꝓuidere.x.q.iij. vnio.ne ipm mẽdicare oporteat oſtiatim in vituperium ordinis clericalis.argu.xciij.diſtinc. diaconi.ſupra de cleri.coniu.Joan.in ſi.de renun.ad ſupplicationeꝫ.nec puto q titulus aſſignand⁹ ſit clerico in minoribus ordinib⁹ cõſtituto.arg.ī.co.eps.⁊ cum ſm nec ob.ī.eo.lꝫ.q2 intelligo q dicit clericos.ſ.in ſacris quãuis b appellatione clericorũ.[b] ⁊ minores contineantur.xj.q.j.de ꝓſona eps hꝫ legitimã excep.cõtra tales de gratia quantũ ad ea que precefferũt ordinationẽ et de iure quantum ad ea que poſtea incurrit culpa ſua.vt.ī. co.c.cum ſcõm:⁊.ſ.de eta.⁊ qlita. accepimus. ¶ Sed ſi plat⁹ dedit nõ pro titulo ſed pro bñficio:et euincatur.diſti.eſt vtrũ vterqꝫ ſciuerit aliũ habere ius in beneficio ⁊ tunc dolus cum dolo compenſatur:vt.ff.de dolo ſ duo.⁊ de compen.ſi ambo vel vterqꝫ ignorauerit:tũc eps ſimiliter non tenetur vt.ff.de redhibit.ac.ad res donatas.et.l. prima.§.ſi intelligatur.⁊.l.queritur.§.vltim.an recipiẽs ſciat non conferens.⁊ ſic a ſeipſo decipitur.vt in proxi.l.⁊.ff.de cõtrahen.empt.liberi.et de acti. empti.⁊ vendi.l.pria in fi.dicit tamen conſti.feu.titul.quid ſit:

a ¶ Nunqd ſemper ꝑ mortem canonici.adde Joã.de imo. in reſpect.cũ.xv. ſer.de ꝯſti.

b ¶ Appellatione clericorum. Adde card.zaba.in c. diuerſis fallacijs.ī ij.not.de cle. coniu.

inueſtitura.c.cum de re aliqua. ꝙ ſi ſcienter recepit quis beneficium alienum de euic.nō agit.niſi ſpeciale pacto ſibi ꝓſpexerit: ⁊ ignorans ad cōſimile bñficiū agit. ad idē. C.cōis vtriuſq; iudicij.ſi factus. ⁊ de euic.ſi fundū. ff.de except.doli apud celſum.§. item labeo. ſed forte aliud in titulo oneroſo vt in legib⁹ aliud in gratioſo: vt in canonib⁹. ¶ Si autē conferens ſciat ⁊ recipiēs ignoret tunc tenet̃ ſibi ad conſimile beneficium conferendum. vt.j.eo.inter cetera.vij.queſt.j preſentium.j. de iure pa.c.paſtoralis.

¶ Et illud omittendum non eſt ꝙ null⁹ pōt habere plura beneficia.nec enī poteſt eſſe de duobus collegijs ſimul.ff de colleg.illi.l.j.§. vlt.nec duas militias nec pluſq; vni⁹ nomē ordinis affectare ſuper quo nō pōt impetrari diſpenſatio ab imperatore.vt.C.qui milit. non poſ.l.v.§.in poſterum.li.xij.nec duos honores habere.ff.ad munici.libert⁹.§. preſcriptio.⁊ ſi hoc in ſecularibus honoribus locū habet: multo forti⁹ in eccl'iaſticis. ar.xxxviij. diſt.ſi in laicis.⁊.lxxxviij.diſtin.fornicari.et xlij.diſt.quieſcamus.⁊ de hoc dixi.ſ.de cler. non reſi.§.j.⁊.§.fi.et.ſ.eo.§.quid ſit dignitas. et.§.ſeq. ¶ Et quid iuris ſit de pluralitate pſonatuum vel eccleſiarum parochialiū quātum ad diſpenſationem: dixi.ſ.de eta.⁊ qualitate.⁊.j.de inſti. ¶ Sed ꝙ quis habere poſſit plures preben.videtur a ſenſu contrario iurium alleg.in predictis.§.quia qđ de vno prohibetur ⁊c.vt.ſ.de preſumpt.nonne.j.de his que fi.a ꝓlla.cum apoſtolica.§.vlt i.ſcit enī papa hanc generalem cōſuetu.⁊ tolerat ergo videtur approbare ſm. T.arg.iiij.diſt. §.leges.maxime hodie cum in hac compilatione noua non cōſtituerit ius expreſſum: et bene ſciebat hanc diſſenſionem. arg.j.de tranſla.epiſ.inter corporalia.§.ſed nec.et.j. de deci.ad audientiam.⁊ pro hoc.j.eo.cum iādudū.ibi aut aliqđ premiſſorū: nihil enim premiſſum fuit quin ſufficeret niſi hoc intelligas de pluralitate prebendarū.⁊.ſ.de poſtu. c.fi.in fi.⁊.j.de cōceſ.prebē.quia diuerſitatem §.j.⁊ de inſtitu.cum veniſſent.§.j.ad fi.poteſt ergo qs habere plures prebendas ſicut.⁊ vn⁹ vaſallus poteſt habere plura feuda. ⁊ ſic diuerſos dños recognoſcere.ſ. de foro competentium ex tranſmiſſa.nec ob. decre.j.eo. ſuper inordinata.qꝛ loquit̃ in recipiendis nō in receptis: ⁊ multa impediunt contrahenda ⁊c. vt.j.de iureiuran.quemadmodum trahitur ad maiora beneficia ſicut intellexit.B.ſ; hoc non patitur mens ipſius.ideo reſponde ⁊ ipſam intellige ſcđm ea que not.ſ.eo.§.cui.ſub §.ſed nunquid pueris.⁊ ſeq.nec ob.j.de conceſ.preben.literas reſponde vt no.in ſumma §.fi.quia vacat quantum ad prebendam nō quantum ad vocem.⁊ hoc quia nullo modo ſeruiebat nec lingua nec corpore.ergo aliud in perſonatibus ⁊ eccleſijs parochialibus ⁊ aliud i prebēdis.ratio diuerſitatis hec eſt: qꝛ ſicut epūs intelligit̃ ſponſus eccleſie. vt.ſ. de trāſla.licet.in princ.ita ⁊ ſacerdos eccleſie ſibi commiſſe: vt.xxj. qō.ij. ſicut. vnde bigam⁹ promoueri nō pōt.ſ.de bigamis.c.j.⁊ per totum.inde eſt ꝙ duo ſacerdotes perpetui non pñt intitulari ad eandem eccle.tanq; ſponſi nec vnus poteſt habere plures eccleſias tanq; ſponſus: vt.lxxx.diſt.epī.ſ.de fi.preſby.ꝓpoſuit.ſ.de cle.non reſi.quia nonnulli ⁊ conquerente.ſicut nec mulier diuerſos ſponſos vel vir diuerſas ſponſas habere poteſt.ſalſa infamia eos comitatur.ff.de his qui not.infa.l.j.⁊.l.quid ergo.rhſi j.⁊.§ j.⁊ .vij. qē.j. ſicut alterius.⁊.§ hoc non ſolum.⁊.c.ſicut vir. ſ.de biga.nuper.niſi alicui reueletur diuino ſpiritu.vt.j.de diuor. gaudem⁹. ideo habēs diuerſas eccleſias infamis videtur: vt.ſ.de electio.dudum Grego. ¶ Canonicus autem dicitur miniſter ſeu ſeruiens: vt.ſ. de elec.cū eccleſia vulterana.⁊ de cle. non reſi. cum ad hoc.⁊ ideo eccleſia que dña eſt plures ſeruitores pōt habere,imo tot requirit quot ſufficere poſſunt.j.de inſti.c.j.⁊.c.autoritate.ſ.de conſtit.cum.M.§.vlt.in prin.ſicut ergo vnus clericus poteſt habere plures dñas temporales: puta dñam comitiſſimam ſabaudie ⁊ ꝓuin.⁊ dñas Reginas Gallicorum ⁊ anglorū ſic ⁊ plures ſpirituales: puta ebredun.graſſen.dignen.⁊ vapicen. ¶ Sed ⁊ econtra.ſ.de cle.cōiu.diuerſis.xj.qō.j.preſbyteros, et ego confiteor ꝙ ſi non ſeruio prebendam non habeo niſi faciam reſidentiam.iiij. menſium.ſicut vapicen.ſtatutum eſt ⁊ habeam vicariū horis canonicis ⁊ tale; qui ſufficiens ſit. hic enim deficit ratio quare prebenda; denegabam ergo ⁊ effectus vt.ſ.de appel.cum ceſſāte.et etiam poſſum ſeruire lingua: quod dic vt not.ſ.eod.§.cui beneficium recuſare. et de cle.non reſi.§.qualiter.verſi.item videtur reſidens.ſicut enī libertus ſeruit duobus dominis nihil enim vetat duo; vni cuſtodit domū alij librum ſcribere: vt.ff.de oper.lib.l.duorū libertus.ſic nec vetat vni eccleſie ſeruire ſcribendo ⁊ amittēdo conſilium: ⁊ alij in ſuo ordine diuina obſequia celebrando.debēt igitur diſciplinati bene in hoc eſſe priuilegiati: vt.ff.de excu.tu.in.l.greca.ſi duas.§.ampli⁹. nec enim paru; amittit bonus clericus in eo ꝙ canonicus efficitur alicuius eccleſie: cum non poſſit dare conſilium contra eam.ſ.de poſtulā.c.fi.bene eſt ergo quod releuetur in perceptione prebende.ff.de reg.iur.ſecundū naturam.ff.de iureiur.cum qui.ſed tu reſpōde ꝙ imputet ſibi quia locum occupare vult

et ſibi non prodeſt.nec enim inuitus recipere cogeretur.lxxiiij.diſtin.geſta. ¶ Item in caſibus poteſt quis habere plura bñficia quod dic vt no.j.de inſti.§.quis inſtitui.ſub.§.item reſtituendus. ¶ Uin.dicit q primam prebendam videtur habere tanq titulum: ſequẽtes ſibi dantur tanq bene merito et tanq cõmodate quia plures titulos habere non poteſt quis ſine diſpen.lxx.diſt.ſanctorum. ¶ Collatio autem eccleſie canonico facta tenet.et ſic habet canoniam et eccleſiam. vt.ſ.de officio leg.dilec.pro et contra.ſ.de procura.ex inſinuatione.et de elec.eccleſia.Grego.et.j.de ſent.excom.officij. ¶ Sed breuiter dicas qd de rigore iuris nullus poteſt habere niſi vnũ titulum ſicut dixi vni.j.eo extirpande.§.j.et.c graue.et.c.ſuper inordinata. dummodo ille ſufficiat:alias poteſt: vt.ſ.de eta.et qualita.eam te.ſi tamen ſit neceſſarius quis diuerſis eccleſijs poſſunt ſecunde eum recipere tanq bene meritum vel ſibi vtilem vel neceſſariũ: et ei beneficium aſſignare:vt de eta.et qualita.queris.et ſic non omnia beneficia reſidentiam exigunt vt innuitur.ſ.de cleri.non reſi.c.vlti.et epiſcopus et capitulum in hoc diſpẽſare poſſunt:etiam ex volũtate:vt.j.de ſimo.ex inſinuatione.et.c.ſe.ſ.de ele.ſi alicuius licet ſit ar.contra.j.cod.graue.et de inſtin.c.ij.vel dic quod requiritur cauſe cognitio ſemiplena.ſm hoc intellige qd no.pro et contra.j.de conceſſ.preben.ſub.§.ſed qualiter.et.ſ.de ele.non reſi.§.qualiter.conſuetudo tamen in diſtin.pluralitatem prebendarum admittit.ſed poteſt reſponderi qd multa per patientiam tolerantur etc.j.eo.cum iamdudum.in fi.hec autem omnia intelligas,ſalua diſ.quã not.ſ.eod.§.cui.ſub.§.ſed nunquid pueris.et ver.ſeq.

¶ Sed et ſm Goffre.adepta ſecunda prebenda vacat prima ſicut et in alijs beneficijs obtinet.j.eo.de multa.xxj.qd.ij.ſi quis iam trãſlatus. ff.de re iudi.l.iiij.§.ſi ex conuentione.ff.de diuor.l.fin.in fi.quod et intellexit.cum Uin.quando.ſcilicet ſecunda prebenda non vt beneficium ſeu ſtipendium ſed vt titulus recipitur.nec vult ſequi in hac parte ſententiam.T.et quorundam aliorum doctorum diuitibus blandientium quia non ſunt palpanda crimina vt vulnera ambientium beneficiorum multitudinem incurata ſeruentur.l.diſtin.ſi quis diaco.quia ve ſi non ſparſerimus.ve ſi tacuerimus veritatem.xliij.diſtin. diſpenſatio. ¶ Sed nunquid habens plura beneficia poteſt quod voluerit retinere.non ſecundum Goff.quia volens vtrunq habere in culpa fuit.j.eodem de multa.ergo optionem non habebit.arg.ff. de peti.here.ſi et rem et precium.ff.de teſta.tu.l.tutor.ita recte.nec ob.j.cod.referente.quia de gratia loquitur:vel ſecundum tempus ſuum.naʒ hodie contrarium eſt tenendum.j.co.c.de multa.ſecundum Goffr.poteſt tamen et aliter ſeruari:vt not.ſ.de conceſ.preben.§.j.et.ij. ¶ Sʒ nunquid poteſt circa pluralitatem beneficiorum epiſcopus diſpenſare.ſic in eodem epiſcopatu ſecundum Joan.non in diuerſis.et hoc propter iuris impoſſibilitatem:quia teneretur vtriq obedire et ab vtroq ordines recipere quod eſſe non poſſet ſi contraria mandarent. ¶ Sed hanc perplexitateʒ ſolus papa tollere poteſt qui diſpenſando videtur ei concedere quod eligat cui voluerit obedire.ſed ſecundum Goffr.non in eodem neq in diuerſis epiſcopatibus aliquis excepto papa poterit diſpenſare. ¶ Et nunquid peccat clericus recipiendo ſecundum beneficium tanq titulum et ſic et maxime in diuerſis epiſcopatibus.nam et ſi ſciat ſecundo recepto primum vocare:peccat tamen pinguius appetendo.vj.queſtio.j.ſi quis ſue.et.c. ſi quis de ordine. ¶ Item peccat non petendo licentiam ſui ſuperioris.j.de regu.licet.et ideo ab eo repeti poteſt.argu.ſ.de renun.admonet.vij.q.j.oportet.et ca.ſi qui vero.quod ergo dicitur vacare primum beneficium ſecundo recepto.j.eodem de multa.verum eſt recepto de licentia primi prelati alioquin non vacat locus primi beneficij licet forte beneficium vacet.ſecundum Goffr. ¶ Uel dic qd vacat primum beneficium quo ad transferentem ſe non tamen quo ad prelatum qui infra ſex menſes ipſum ſi velit poterit reuocare: quibus elapſis ſi non reuocauerit nec beneficium primum contulerit.et ſic tranſlationem ſuam ratificauerit quod poteſt: vt ſ.de renun.quod in dubijs pmitur.et ſic intelligi poteſt.j.eodem de multa. ¶ Nonne ergo delinquit prelatus qui confert ſecundum beneficium.et quidem ſi ſine permiſſu primi prelati hoc facit peccat.ſecundum Goffre.ſi enim non eſſet conferens:non eſſet recipiens.et ſic commune vitium eſt vtriuſq: vt.ſ.de cleri.non reſi.quia nonnulli.ad fin.ſicut et cõmune vitium eſt ordinati et ordinantis.lxxxj.diſtinctione tantis.lix.diſtinctione ordinatos.ſ.de tempo.ordi.literas.et ca.dilec.verum ſecundum intellectum quem nota.ſ.eodem.verb.et nunquid peccat clericus ad finẽ.non immunis primus prelatus qui ipſum cum poſſit repetere negligit.et ſic de ſe potiſſime queri poteſt:cuius et ſecundum non ſit dubium delinquere:quia venit ſcienter contra iura.xxxj.diſtinctione primatus.ſ.de cleri.non reſi.fraternitati.et de renun.admonet.

¶ De clerico egrotāte vel debilitato. Rub.

SVpra expoſuimus
de preben. quas nō debent ha-
bere regulariter hi qui reſiden
tiam non faciūt: vt not. ſ. de cle.
non reſi. ⁊ q̄ quidam infirmita-
te vel debilitate impediti deſeruire non pñt
videamus q̄d iuris de clerico debilitato mi-
niſtrante: ⁊ que ſit differētia inter hūc tit. et
illum. ſ. de cor. vi. ibi no. dicamus autez hic.
¶ Quid ſit infirmitas ſiue morbus. ¶ Et an
propter infirmitatem amittat cleric⁹ bene-
ficium nam alia que deficiūt inuenies in ti-
tulo de corpore vitiatis.

1 Quid ſit infirmitas † ſiue
morbus. Apud ſabinū. ſic diffinitus inuenit̄
morbus eſt habitus cuiuſcꝫ corporis cōtra
naturam qui vſum eius ad id facit deterio-
rem: cuius cā natura nobis ei⁹ corporis ſa-
nitatem dedit. alias aūt id in toto corpe ac-
cidit vt febris. alias in parte vt cecitas: bal-
bus autē magis vitioſus dr̄ q̄ morboſus. ff.
de redhibi. act. l. j. §. ſed ſciēdum. ¶ Dicitur
autē morb⁹ ſontic⁹. i. damnoſus. ſ. recidiu⁹
qui incidit in hoiem poſtq̄ ſanatus eſt. ſon-
tes eñ nocentes dicunt̄: vt. ff. de redhi. ac. l.
vlt. §. j. de verb. ſig. morbus. ¶ Alibi dicit̄ q̄
morbus eſt tēporalis coporis inbecillitatis
vitium perpetuum corporis impedimētum
veluti ſi quis luſcus ſit. ff. de verbo. ſigni. in-
ter ſtuprum. §. verum eſt morbum eſſe.

Et an propter infirmitatē
2 amittat clericus † beneficium ſuū. Diſ. vtꝝ
ſit prelatus: et is etiam propter lepram non
remouetur ſꝫ datur ei coadiutor: cui portio
competens reddituum epatus aſſignat̄. ſic
intelligas. ſ. co. de rectoribus. notandum eñ
dicit de rectoribus. et q̄uis ſacerdos rector
poſſit vocari: vt. ſ. ti. j. c. vlt. ⁊ de reſcri. rodul-
phus. hos tñ per excellentiam vocat hic re-
ctores cū ſint loco aplōrum. xxj. diſ. in nouo.
erit ġ p̄latus talis iudex ſine exercitio: ſicut
⁊ ſi furioſus fact⁹ eēt: vt. ff. de iudi. iudex. ⁊ ē
ſpāle in epis. et que ſit rō ſtatim dicā. ¶ An
ſit ſacerdos parochialis vl̄ miniſter inferior
⁊ talis propter lepram remouet̄. ſ. codē. tua
nos. nam in parochiali ſacerdote loquitur.
alias aūt nunq̄ remouet̄ ſed dat̄ coadiutor
vel vicari⁹: vt not. ſ. ſm Hug. ⁊ Goff. ſ. e. ver.
Hug. ſcripſit. ¶ Aliū di. vtrū morbus perue
nerit a natura: ⁊ ſic loquitur de rectorib⁹: an
diuino iudicio: ⁊ ſic loquit̄ tua nos. cuius co
gnitionem diſcretionē et determinationem
phyſicis relinquo et pōt eſſe diuino iudicio

q̄ cognouit mulierē immediate poſt lepro-
ſum. vij. q. j. nuper. ar. ¶ Hec tamē ſolutio
reprobatur. vij. q. j. cum percuſſio. ¶ Uincē.
dixit q̄d q̄diu poteſt quis in collegio rema-
nere nō remouetur: ſed ex quo non poteſt re
mouetur: ſicut iudex mutatur ſi nō poſſit iu
dicio operam dare. ff. de iudi. ſi lōgius. vnde
expoſuit in illa de rectorib⁹ coadiutor id eſt
ſucceſſor: vel corrigitur per ſequētē. ¶ Lau.
expoſuit in illa tua. ab adminiſtratiōis offi-
cio ſcꝫ q̄d eſt in acto. ¶ Hug. ſcripſit q̄d nū-
q̄ aliquis eſt viuo ſubrogādus niſi eo remo
to vel renunciante ſeu tranſlato: etiam pre-
textu morbi. ſ. de conceſ. preben. c. j. vij. q. j. nō
furē. j. q. ij. in primis. quod placet Goff. quia
hec opi. ſicut dicit confirmatur. ſ. eodem. c. fi.
⁊. vij. q̄. j. c. j. ij. et iij. et. c. qualiter. ⁊. c. q̄uis
triſte. ¶ Et ſi queras quid ſi ſeruire non po-
teſt. R. ſi eſt prelatus dabitur ei coadiutor. ſ.
eodem. de rectoribus. ⁊. c. fi. ſi vero fuerit in-
ferior ſiue ſimplex dabitur vicarius. ſcḋm
Goffre. qui exponit illam decret. tua. ſicut
Laur. ſcilicet quod ibi remouetur non a ti-
tulo ſed ab executiōe officij ſiue adminiſtra
tionis. ¶ T. not. idem excepto morbo lepre
propter quem indiſtin. remouetur quicunq̄
ipſum incurrit ſiue ſit prelatus ſiue alius: ⁊
hoc comprobatur in antiqua compilatione
de conceſ. preben. ⁊ ecc. non vacan. ex tranſ-
miſſa. que hodie tanq̄ iniquitatē continens
remota eſt ſecundum Goffred. ¶ Bazianus
diſt. vtrū eſſet curabilis: et ſic loquitur de re
ctoribus vel incurabilis: ⁊ ſic intelligit̄ tua.
¶ Prior intellectus magis placet et ipſum
magis approbo: q̄ ex textu elicitur. Bazia-
nus reprobatur. ſ. eodeꝫ. ex parte. ⁊ licet pro
coſſit. arg. ff. de iudi. ſi longius. ⁊. l. cum furio
ſus. ¶ Sed que eſt ratio quod ſpeciale ſit in
epiſcopis q̄d propter lepram non remoueā-
tur: inferiores vero remoueant̄. hec q̄ diffi-
culter remouet epiſcop⁹ vt. ſ. de tranſla. epi.
quanto. et. c. licet. quamuis eñ metropol. et
epiſcopi cognoſcere pñt de crīe ſup quo ac-
cuſatur ep̄s non tñ pñt ep̄m deponere ſine li
centia pape: vt. iij. q. vj. quāuis. ⁊. c. dudū. ti-
mendū eñ eſt ne ꝯcuſſis colūnis corruat edi
ficium: vt. ſ. de accu. qualr̄. ij. §. j. minores ve
ro ex leuiorib⁹ cauſis remouentur: vt. ſ. eod.
qualiter. in fi. ⁊ de ſimo. per tuas. in fi. lv. diſ.
ſi euangelica. verum propter alias infirmi-
tates nō ſunt priuandi beneficijs ſꝫ potius
dandus eſt eis coadiutor: etiam ſi paraliti-
cus ſit is de quo agitur ne terreantur volē-
tes deo militare: vt. ſ. e. cum. percuſſio. ⁊. c. pe-
nul. ⁊ vlt. q̄ non eſt addenda afflictio affli-
cto: vt ibidē. ⁊. vij. q. j. cum percuſſio. a'ls pſe-
cutio. iij. q. ij. iudicas. v. diſt. ad eius vero. ſ.
de cenſ. licet. ¶ Idē eſt ſi factus ſit impotēs

non ex culpa ſua. ſ.e.c.ij. ſecus ſi culpa ſua. ⁊ ſm hoc intellige qđ no.ſ.de corpore viti. p decre.ſ.de eta. ⁊ quali. c.j. ⁊ de elect.cum in cũctis.§.hoc ſane. ¶ Sed abbas remouetur ſi inutilis ſit.xviij.q.ij.ſi qs abbas. ¶ Alij di. inter morbũ perpetuũ et tpalem ſed reprobatur.ſ.e.c.penul.⁊ vlt.ſeruire eñ intelligũtur nobis ⁊c. qđ dic vt not.ſ.de cle.non reſi. §.qual'r. verſi. item qui in ſeruitio pape eſt. vnũ tñ non omitto φ ſi clericus leuiter pateretur vel hñet veterem quartanã que merito ſperni poſſet: ⁊ eẽt intent⁹ circa ꝓpria negotia nihil ꝑciperet niſi ſeruiret. ſupradicta ergo non de fictitia infirmitate ſed de vera ⁊ graui intelligunẗ.vt ꝓbaẗ.ff.de re iud.quarta.⁊ de redhi.ac.l.j.§.ſed ſciendũ. in fi. ¶ Et iungendum eſt. ſ.de corpore vitia. qđ clericus infirmus officium ſuum poteſt exercere niſi vexetur a demonio vel epilentico morbo et caderet aſſidue cum emiſſione vocis confuſe ⁊ iactatione ſpume.vij.q. vlt.per totum. Si vero raro caderet cum annua expectatione poſſet celebrare. xxxiij.diſt. communiter. ita tamen qđ habeat vicini ſolaminis adiutorem.vij.q.j.illud.

¶ De inſtitutionibus. Rubrica.

Quia prebende de quibus diximus per inſtitutionem acquiruntur. dicamus de inſtitutionibus videntes. ¶ Quid ſit inſtitutio. ¶ Quid ſit inueſtitura. ¶ Quis poſſit inſtituere. ¶ Quis inſtitui. ¶ Qualiter facienda ſit. ¶ Quod ius acquiratur inſtituto. ¶ Que pena male inſtituentis.

1 a Quid ſit †inſtitutio. a Eccleſie vel eccleſiaſtici beneficij collatio. ſm Do.

2 b Quid ſit †inueſtitura. b In corporalem poſſeſſionem vel quaſi inductio ſiue traditio ſcđm Do.⁊ Ala. Goffre.ideo autem dicitur quaſi ſcđm ipſum qꝛ pleruꝙ fit per anulum vel per librũ.ſ.de ſentẽ.⁊ re iudi.cum olim.j. de conceſ.preben.propoſuit.j.de his que fi.a ma.par.ca. ex ore.ſicut ⁊ deportatio ſignum eſt introniꝫationis.ſ.de elec.eccleſiis j.⁊ clauium traditio ſignum eſt traditionis rei et quedam alia de quibus no.de cauſa poſ.§.j. verſi viſu.et ſeq. ¶ Sed certe hoc non patitur ſignificatio verbi.nam inſtitutio dicitur quaſi intus ſtatio.et aliud eſt donare aliud intus ſtare donatio eñ vel qđ habetur pro donatione ſicut repreſentatio inſtitutionem precedere debet ad hoc.j.de iure pa.conſultationib⁹.⁊ c.nobis fuit.§.j.⁊ in glo.j.de conceſ. preben.poſt electionẽ.ſup illo verbo ordinatione. vnde inſtitutio potius debet deſcribi ſicut deſcripſerunt inueſtiturã. et hoc not. ordo rubricarum. primo enim tractauit de preben.conferendis. nunc de clericis in eis inſtituendis: qꝛ parũ prodeſſet conferre niſi intus poneretur inueſtitura vero idẽ ſonat: ſed hec eſt differẽtia qꝛ inſtitui dicitur proprie preſentialiter inueſtiri in abſentia. ¶ Supradicti vero dixerunt quod his verbis ꝓmiſcue vtebamur et eſt verum ſed ꝓprietatem verborũ dixi.et pro maiori pte inuenies quod in hoc ſignificatione accipiuntur: vt in deſtitutione poteſt videri p totum ti.hunc.et. j.ti.j.ex parte.et inueſtitura patet. j.eodẽ. titu. j. propoſuit. vbi clericus fuit inueſtitus in abſentia per anulum. et.j. de his que fi. a ma.par.ca.ex ore. ſ.de ſent. et re iudi.cum olim. ergo proprie dicitur ille inueſtiri cui traditur bacul⁹ vel feſtuca vel anulus loco inſtitutionis id eſt poſitiõis in poſſeſ. ſicut fit in feudi aſſignatione: vt. j. de donati.per tuas.vbi dicit quod fuit inueſtitus vt moris eſt.q.d.per baculum.et ideo incontinenti ſequitur quod fuit ad menſuram feudum aſſignatum. q.d. quod corporalis poſſeſſio non interueniat: ſed inueſtitura tãtum. dicit tamen conſtitutio feudorum quod inueſtitura dicitur ꝓprie poſſeſſio: ſed abuſiue dicitur inueſtitura. ſcđm quod proprie pono: vt in conſtitutio.quid ſit inueſtitura.in prin.et ſic abuſio in proprietatem vertitur. ſecundum quod not. ſ. quod ſatis videtur abſurdum.ſed non debet quis eẽ ſapiens apud ſeipſum: vt. ſ. de cõſtitu.ne innitaris.loquamur ergo vt plures: ſentiam⁹ vt pauci: nec faciamus vim in verbis dummodo de mente cõſtet.C.commu.de leg.l.ij. in fi. ſ.de procu.petitio.et iunge φ not.ſ.de cauſa poſ.§.j. ver. qđ ergo. ⁊ j. de feu.circa prin.

a ¶ Quid ſit inſtitutio. adde doct. in rub. co. titu.

b ¶ Quid ſit inueſtitura. addđ hoſti.in ca.ij. de conſue. Joã.an.in c.auctoritate.de inſti. Joã.an.in addi. ſpec. ſuper rub. de inſti.

Quis poſſit inſti-
5 tuere.† De iure communi epi
ſcopus: quod dic vt not. ſ. de
offic. ordinis. §. quid pertinet.
ſub. §. ſunt autem quedã. ver.
ad legẽ iuriſditionis. ſ. de elec.
§. quis poſſit eligere. ver. quid
de preben. et ſe. ad idem. ſ. de
offic. archid. cum ſatis. xvi. qõ.
vii. nullus. ⁊. qõ. ii. viſis niſi de
conſuetu. vel donatiõe epiſco-
pi hoc aliis competat: vt arg.
eodẽ. cum veniſſent: quod dic
vt. ſ. de offic archid. §. quod ſit
eius officium. ¶ Item capitu
a lum vacante ſede[a] ſcdm quoſ-
dam: arg. j. de here. ad abolen-
dam. ſ. de ma. et obe. his que.
c. cum olim. ſed falſum eſt ſi ta
men accipiatur inſtituere pro
conferre: vt. j. ne ſede vacan.
illa. ¶ Item abbates: ſecus ad
hoc ſciendũ eſt: quod capelle
ſiũt monachoꝝ duob⁹ modis.
vt no. ſ. de of. ordi. §. qd ptinet
ſub. §. ſunt aũt quedam. et ver.
ſequen. ¶ Item is qui habet
hoc ex delegatione epiſcopi:
vt. j. eodem. ex frequentibus.
¶ Poteſt etiam inſtituere qui
cunq; hoc habeat ex cõſue. vt
j. eodem. cum veniſſent. dum-
modo clericus ſit. nam laico
hoc ius cõpetere nõ põt vt ſ.
de ele. quiſquis. quantuncũq;
tamen inſtituatur quis ab il-
lo qui hoc habet de conſuetu-
dine id eſt quantuncũq; ſibi be
neficium conferatur: nunq̃ ta
mẽ adminiſtrare debet nec adi
piſci poſſeſſionem eccleſie niſi
de conſenſu dioce. ⁊ eius auto
ritate: vt patet. j. eodem: ex fre-
quentibus. ſ. de renun. admo-
net. nec in hoc cõſuetudo que
in hac parte corruptela poti⁹
poteſt dici: vt. ſ. de conſue. cũ
inter nos. et. xcix. diſtinctio;
nulla ratione. ideoq; talis re-
mouendus eſt niſi dioceſanus
ipſum de gratia ibidem duxe-
rit relinquendum: vt. ſ. de cle.
pere. c. fi. ꝙ intelligas quo ad
prioratus cõuentuales: et ec-
cleſias curam alaꝝ habentes
nam quo ad capellas ſine cu-
ra: et alia ſimplicia beneficia
que tamen quo ad temporalia ſpectãt plene
ad monachos: ſufficit abbatis autoritas. et
ſic intellige. xvi. qõ. ii. viſis. niſi aliud vtriſq;
de iure cõpetat ſpãli: vt in aut. d. n. extra de
priuile. volẽtes. §. vlt. ⁊ expone iure ſpãli. i.
ꝑuilegio apoſtolico tm̃ quo ad abbates ꝑti-
net. vel conſuetudine reſpectu epoꝝum cum
pro ipſis faciat ius cõe ⁊ rõ naturalis. xvi.
q. vii. nullus. nullus autẽ ſeipſum inſtituere
poteſt. vt. j. eodem. c. vlt. ⁊. de exceſ. prela. ad
aures. nec repreſentare infra de iure patro.
per noſtras.

4 Quis inſtitui. † Perſona idonea.
ergo clericus: lai-
cus autẽ in ſeculo remanens inſtituend⁹ nõ
eſt: nec computandus inter canonicos: vt. j.
eodem. c. ii. ſecus de conuerſo. ſm Lau. arg.
j. eodem. ad decorem. ſcdm literam vel alios
idoneos. q. d. nõ literatos. j. de deci. Quis ſit
graue. talis enim clericus intelligitur deſti-
natione. xxiii. qõ. i. paratus. et qui emit ius:
talis ſimoniam committit. i. qõ. iii. ſaluator.
ar. ſ. de conſtitu. eccle. j. de re. eccle. non alie.
cum laicis. xxxi. qõ. vii. in noua. qd dic vt no.
ſ. de preben. §. cui. ver. ſed nunquid pueris.
et ſeq. quod intelligas quo ad prebendas. ſe
cus quo ad rectorias. qd dic vt not. j. ne pre-
la. vices ſuas. ver. ſed iura. ¶ Inſtituendus
eſt autem tam nobilis q̃ ignobilis: qꝛ non
genus nobilitat hominem ſed virtutes. nec
ob aliqua conſuetudo contraria: vt. ſ. de ꝑ-
ben. venerabilis. nam q̃tum ad dei cultum
non eſt maſculus neq; femina neq; ſeruus.
omnes enim in chriſto eandem mercedem
accipiem⁹. vt in auten. de monachis. §. hinc
autem. col. i. ergo non habetur acceptio per
ſonarum: imo vndecunq; ſint inſtituẽdi ſunt
dummodo honeſte viuãt: vt. j. eodem. ad de-
corem. xl. diſtinc. nos qui. lvi. vndecunq;. ⁊. c.
nunq̃. ſ. de iudi. cum deputati. et hoc veruꝫ
eſt quando noti ſunt vel probabile teſtimo-
nium habent prelatorum: vt. ſ. de preben.
in lateran. in fi. ſecus de ignotis. ⁊ ſic ſoluit
contra. xcviii. diſtinct. affros. ff. de redhi. ac.
qd ſi nolit. §. qui mãcipia. quod dic vt. no. ſ.
de cle. peregr. ¶ Conditio autem ſeruilis et
legalitas matrimonii bene conſiderantur.
quod dic vt not. ſ. de fil. preſby. ⁊ de ſer. non
ordi. ⁊ vide quod not. ſ. de reſcrip. §. que poſ
ſunt obiici. ver. quod ſi queras. ſub illo ver.
pauper. ¶ Item nec eſt inſtituendus extra-
neus ſine licentia proprii prelati. vt no. ſ. de
preben. §. fi. ſub. §. ſed et ſcdm Goffr. ver. non-
ne ergo. et ꝓceden. ¶ Poteſt aũt quis per ſe
inſtitui. ⁊ per alium. vt. ſ. de ꝓbẽ. accedẽs. et
c. dilecto. j. de conceſ. ꝓben. ꝯſtitutus. ¶ Sed
nunquid eoipſo qd aliqs inueſtitus eſt noie
meo videor acquiſiuiſſe beneficium: de hoc

a ¶ Capitu
lum vacã
te ſede. ad
de Fran.
pau. l tra.
de poteſta
te. ca. ſe.
va. in. v. q.
ii. partis l
prin.

nihil dicit litera: ſed tñ dicit ꝙ inueſtiri pħt.
¶ Ergo diſ. vtrũ hꝫ mandatũ vel nõ habeat
Si hꝫ mandatũ ⁊ cõferens vel recipiens no-
mine meo gerit in alo ꝙ mihi acquirat̃ acq̃-
retur: vt. ff. de do. qui mihi. ⁊ de acqui. re. do.
ſi procurator. ¶ Si neuter hoc intendit non
acquirit̃ mihi: donec nactus ſim poſſeſſionẽ
corporalẽ vt. ff. de acqui. re. do. res ex mãda-
to. ſcd̃m hoc intelligit̃. ſ. de reſcri. ex parte. ſ.
perſone. ¶ Sed ꝯtra. ff. de acquirẽ. here. per
procu. ſed aliud in tpali hereditate: que non
acquirit̃ per procuratorẽ vt ibi. ⁊ eſt ratio qꝛ
non eſt vt. ff. de acquir. here. pro herede. ⁊ qꝛ
onerosa niſi fecerit inuentariũ. C. de iure de-
li. ſcimus. ¶ Aliud in ſpũali qꝛ ex quo renũ-
ciatum eſt: non eſt quis aſtrictus ad onera:
vt ſupra. de cle. coniug. diuerſis. ⁊ quod a te.
¶ Sed certe iſta. ſ. ſpũalis eſt magis animi
ꝙ̃ tpalis: qꝛ nunꝙ̃ preciſe coget̃ inuitus eã
adire. lxxiij. diſt. geſta. Sed in tpali cogitur
ꝑciſe qñꝙ vt inſti. de here. qua. et diſ. §. j. Itẽ
hec ẽ magis onerosa cũ hic vertat̃ periculũ
aīe ibi periculũ pecunie tm̃. ar. C. de ſac. ſanc.
eccle. ſancimus. j. ¶ Ideoꝙ dicas neutra ac-
quiratur per generalẽ ꝓcuratorẽ ſed per ſpe
cialẽ bene: vt. ff. de acquir. here. ſi ꝗs mi. bo. §.
iuſſum. ⁊ ſe. ⁊. l. ſi quis alicui. ⁊ in hoc põt ſal
uari opinio Roge. non ob. ff. pro ſocio. ac. §. re
nunciare. et de admi. tu. ſi duo. in fi. vbi dicit
ꝙ tantũ facit generale mandatũ quo ad oīa
quantũ ſpeciale quo ad quedã. fallit tñ hic
propter rationẽ premiſſam: qꝛ neꝙ clericus
renunciare poſſet prelato inuito: vt. ſ. de re-
nun. admonet. ⁊ ſic caperet̃ ignorãs qđ eſſet
abſurdũ. ¶ Si vero ſit negociorũ geſtor nec
ſpeciale mandatũ habẽs nõ acquirit̃ mihi:
niſi ⁊ ego habeã ratum. ⁊ ſic intelligas. ſ. de
preben. accedens. ⁊. ff. de neg. geſt. ſi ego. ⁊ de
acqui. poſſeſ cõis ſeru⁹. §. ꝓcurator. ¶ Quid
ergo ſi medio tpe alij preſenti ⁊ recipienti cõ
feratur anteꝙ̃ abſens ratã habuerit. dona-
tionẽ ſibi per procura. factã videt̃ ꝙ ſcđs po
tior ſit. arg. C. de rei ven. quoti. ⁊ arg. ſ. de pre
ben. dilectus. ij. ⁊ de iure pat. qđ autem. ff. de
lega. ij. l. vlti. §. fi. ff. de vſufru. lega. l. ſticho. vt
tamen prelatus qui hoc fecit in fraudẽ pri-
mi teneat̃ primo in conſimili beneficio pro-
uidere: ſi primus ratã habuerit donationem
ſibi factã. arg. ſ. de prebẽ. inter cetera. j. de iu
re patr. paſtoralis. ¶ Sed contra qꝛ videt̃ ꝙ
primus potior ſit: ex quo ratũ habuit; argu.
ff. de condi. ⁊ demon. l. legata. ¶ Solutio: ele
ctio ſiue publicatio ſcrutinij ⁊ repreſentatio
⁊ donatio per prelatum vel patronum eccle
ſiaſticum facta equiparari videntur: ſiue is
qui eligitur preſens fuerit: ſiue abſens: ergo
tali electione repreſentatione vel donatione
facta pendẽte non debet alia attentari: ⁊ de-
bet ſi attentata fuerit irritari: ſecus in repre
ſentatione facta per laicũ. Item ſecus ſi pa-
tronus eccleſiaſticus conſentiat in aliquem
repreſentandũ ſed non repreſentet: quia ta-
lis preſentatio laici ſeu conſenſus nudus
patroni clerici poterit preueniri. ⁊ que ſit ra
tio. no. ſupra de ſpon. duorum. §. que quibus
ver. que eſt ergo ratio ⁊ ſe. ⁊ preceden. vbi in-
uenies iura per que hec ſolutio comproba-
tur. ¶ Item inſtituẽdus eſt clericus ſecula-
ris in ſeculari eccleſia: regularis in regula-
ri: quia homines diſparis profeſſionis ſimul
non poſſunt eſſe: xvj. queſtione. vij. in no. ſ. de
vita ⁊ ho. cle. c. j. ⁊ no. ſ. de vita ⁊ hone. cle. §. ⁊
in quibus. ¶ Sed videtur qđ monachi ⁊ oẽs
regulares poſſunt habitare ſimul. argu. ſ. de
vita ⁊ hone. cle. deus qui. ⁊ ſic eſt ar. pro Hu
go. qui dicit qđ regularis canonicus poteſt
fieri monachus ⁊ ecõtrario. non tñ ſunt niſi
duo genera hominũ clericorũ et laicorũ. xij.
q. j. duo ſunt. vnde videt̃ ꝙ non ſunt niſi duo
habitus clericalis et laicalis: ⁊ ideo mona-
chus conformando ſe in aliquo habitu licet
monachale ſchema paulisper excedat a mo-
nachali: tamẽ habitu non videtur recedere.
arg. C. de his qui ſpon. ſub. munera. qui pu-
blici. li. x. ⁊ ad hoc. lviij. di. c. j. ⁊. ij. ⁊. lxxiiij. di.
quorũdam. ⁊ poteſt eſſe prelatus dũ tamẽ ha
beat abbatis vel epi conſenſum. xvj. q. j. cum
pro vtilitate. ⁊ ca. doctos. de hoc dic vt no. j.
de ſta. mona. §. ⁊ vtrũ. ⁊ de relig. do. §. ⁊ vtrũ. ⁊
ſe. nec ob. qđ ſupradictũ eſt duob⁹ gñibus:
qꝛ eſt ⁊ tertiũ genus: vt no. ſ. in proe. §. vñ ha
buit originẽ. ſub. §. ex premiſſis. et ver. ſe. ⁊. ſ.
de vita ⁊ ho. cle. §. ⁊ in qb⁹. ver. itẽ ꝯſiſtit in tõ
ſura. ¶ Regularis tñ põt fieri eps. viij. q. j. c.
j. ⁊ abſoluit̃ a iugo regulari: vt ibi. j. a ſubie-
ctione prelati non tñ ꝗtum ad victum ⁊ ha-
bitum ne ꝯtradicãt. ſ. de vi. ⁊ hone. cle. clerici
ij. xvj. q. j. de monachis ſm Ber. ¶ Alij dicũt
qđ abſoluit̃ ꝗtũ ad oīa ita ꝙ forte carnes cõ
medere põt: qꝛ canones nõ excipiũt aliquẽ
caſum. vt. xviij. q. j. c. vno. xvj. qõ. j. nemo. nec
ob. c. de monachis. qꝛ nõ loquit̃ de episcopo.
eſt enim differẽtia: vt in eadem queſtione. §.
his omnibus. ſed habitus excipitur in fauo-
rem religionis: vt. d. decreta. clerici. in fine.
¶ Olim tamen non poterat monachus pre-
fici in ſeculari ec. niſi ex diſpenſatione. lv. di.
priſcis. hodie poteſt vtilitatis cauſa. xvj. q. j.
cum pro vtilitate. ſ. de eta. ⁊ quali. tuam. ſed
debet habere ſocios monachos eiuſdem re-
ligi. j. de ſta. mona. monachi. ⁊. c. qđ dei timo
rem. multomagis põt ergo monachus pre-
ferri regularibus. nam etiã heremita põt fie-
ri abbas monachorũ. ſ. de cle. cum monaſte-
rium. ¶ Alij dicunt quod monachus erat: ⁊
quod dicit ibi in heremo eſt propriũ nomen

regis hoc beneficiuʒ ali. c.ſ. et de prohi.feu.alie.per loth.l ſ. ⁊ de ca.corradi.c.j.⁊ de prohi. feu.alie. p federi:ſi.l.imperialē. ¶ Uerū tñ ꝓ ea pte tm̄ ꝓ qua alie nata erit vt in p̄dicto ti.de vaſ.qui contra conſti.loth.⁊c. quoniam non debet vltra progredi pena ꝙ reperiatur delictum. C. de penis. ſancimus. ¶ Nec ꝓderit vaſ.ſi poſt alienationem iniuſte factam ip̄m recuperauerit ab emptore cū ſemel fuerit apertum domino: vt in lib.feu.qd iuris ſit ſi vaſ. poſt alie.feu.ip̄m recuperet.c. preterea. ¶ Quod verum eſt niſi vaſallus potuerit ⁊ voluerit iurare qð ignorans eē feu. ipſum vendidit.tunc enim datur electio emptori cui potuit velit ip̄m reſtituere. vtrū domino a vaſallo et ſi vaſ. reſtitutum fuerit vaſallus id beneficium re obtinebit non nocente ei venditione: ideo quia ignorans eam fecit. qð em̄ dicitur qð alienatum feuduʒ domino acquiritur.intelligendū eſt cum a ſciente hoc vēditur. Idem eſt et in omni alienatione.vt in li.feu. ſi de feu. cōtro. fuerit.c. ſi vaſallus feudum alienauerit. ¶ Si autem hoc non poſſit iurare:tunc dn̄s eū recuperabit nulla ei p̄ſcriptione obſtante quia quod ab initio non tenuit non potuit tractu tp̄is cōfirmari in li. feu. ꝓhi feu.alie.per Fed. circa finē prime col.⁊ de ca.corradi.ca.ſ. ¶ Item ſi vaſallus dominum accuſauerit vel teſtimonium contra euʒ tulerit in ciuili ac. modica: vel criminali ſimiliter amittit feudum: lʒ quidaʒ dixerunt quod in ciuili cauſa poſſit teſtimonium contra dominum dicere: vt in lib.feu.de conſue. feudi regni.c.ſimiliter vaſallus. ¶ Item amittit vaſallus feu. ſi expeditiōe publice indicta vaſallus a domino ſuo vocatus ſecum in ea expeditione ad ſuſcipiēdam rome coronam vadat et non venerit nec alium pro ſe domino acceptabilem miſerit: vel ſtipēdia militie ei non dederit. puta dimidium reddi tus feudi vnius anni:vt in li. feudo. de pace iur. firmanda.l.ſ.§. vlti. de probi. feud. ali. per Fed.imperialem.§.firmiter etiam ſtatuimus. ¶ Huiuſmodi autē ſtipendia alias dicuntur hoſtaditie per ca. corradi. que tales erant. qð vaſallus qui non ibat cum domino aſſociante imperatorem romā pergentē: eidem dn̄o debebat preſtare in lombardia. xij dena.de medio.in alamania tertiam partem fructuum feudi illius anni quo expeditio fiebat:vt in li.feu.de cap.corradi.§.ſimiliter in hoſtaditijs. ¶ Propter fellonia m autem ſeu culpam alterius. et non ſuam amittitur feudum puta ſi vaſallus delinquat ſine culpam cōmittat per quam feudū amittere debeat qm̄ tunc filij eius ⁊ alij deſcendētes ſilr amittunt. in li.feu.ſi vaſ.feu. priuetur cui defera.fe.c.vaſalli.feu.⁊ de feu.cōtro.fuerit.ſi vaſ.culpam. ¶ Imo etiā ⁊ agnati amittunt lʒ fuerit paternum ſi fellonia dominuʒ reſpiciat:vt dominus habeat ſue iniurie vltionem.in li.feu.qui.cauſ.feu.amit.c.deniqꝫ. licet quidam forte dicant qð illud. c.loquatur de feudo nouo ⁊ non de p̄rno. ¶ Sine culpa vero amittitur feudum qð eſt valde notandum.puta ſi dn̄s in feudauerit allodium ſuū ⁊ poſtea cum contulerit alicui eccleſie:vel ꝑ oblationem fidelium vel per ꝯtum emptionis. et vel etiam per alium contractum qm̄ vaſallus non poterit illud feudum retinere: niſi ꝑ gratiā illud ab eccleſia reciperet tāꝙ nouū vt in li.feu.de pace iura.fir. vt.l.vnica .§.pe. ¶ Sed nūquid tūc poterit vaſallus ꝯ dn̄m agere:vel ad intereſſe:vel vt aliud eiuſdem bonitatis feudū ſibi debeat dare. ita vr ar.ſ.de prebē. inter cetera.ſ. de iure pa.paſtoralis. ¶ Poſſet aūt q̄ri vtrū vaſall⁹ feudū amittat ip̄o iure an ꝑ ſniam. ⁊ vr ꝙ p̄ſniaʒ non ipſo iure nec em̄ dʒ vaſ. feudū amittere ſine certa ⁊ conuicta culpa ⁊ laudata per iudicium partiū ſuorū:vt in lōbar. de bn̄ficijs ⁊c.tributis.l.vl.in li.feu de feu.ſine culpa nō amit.c.ſ. ⁊ quo tp̄e miles inueſti. pe. dēat. c. iij.⁊ iūge qð no.ſ. de lo.ſub.§. quid ſit de natura.ver.in ſimplicibus.et ſe. ¶ Eſt aūt ſciendum qð ſicut vaſall⁹ amittit feudum ꝓpter culpam ſeu felloniam:ita dn̄s amittit ꝓprietatem feudi ſi eam committat: vt in li. feu. ſi de feu.contro.fuerit. c.dn̄o amittente:⁊ qualiter dominus proprie.priuetur ex facto.nec mirum cum dn̄s vicem debeat preſtare vaſallo in his que vaſall⁹ ei tenetur in li. feu. de forma fid.c.j.in fi.

a ¶ Cā feudi dʒ agitari. adde do. in.c.ceterum de iudi. bal.l c.ſ. & ꝯtro, apð pares curie l vſibus feu.

13 Apud quē † uel apud quos iudices cauſa feud. debeat agitari a et terminari. ¶ Diſtingue nam inter quos ſit cō

trouerſia feudi. ¶ Aut em̄ eſt controuerſia inter dn̄m ⁊ vaſallum. ¶ Aut inter duos vaſallos. ¶ Aut inter dn̄m ⁊ alium qui non eſt vaſallus. ¶ Aut inter vaſallū et alium qui non eſt vaſallus. ¶ Si quidem fuerit controuerſia inter duos vaſallos corā dn̄o debet agitari. in li. feu. de prohi. feu. alie. per fede. §. preterea ſi inter duos. ¶ Sin aūt inter dn̄m ⁊ vaſallū tunc corā paribus debebit fieri ⁊ terminari: vt ibidē ⁊ in lomb. de bene. ⁊c. tributis. l. vlt. ⁊ in li. feu. de controuer. feu. coram paribus terminā da. c. ſi inter. dn̄m ⁊ de milite vaſ. qui contumax eſt. c. dn̄s vocat militem. ¶ Pares autē ita debebunt eligi ſi em̄ conſentiatˀ in eis eligendis planum eſt ſi vero diſſentiatˀ tunc dn̄s primo eliget quos voluerit: poſtea vaſallus eliget ſm̄ numerū a dn̄o cōprobatū. dū tñ a neutro eligantˀ pares qui fidelitatē dn̄o non iurauerit inuito altero eorū in li. feu. corā parib⁹ terminā da c. ſi inter dn̄m. debēt em̄ pares qui debent cognoſcere a dn̄o ſuo debito fidelitatis coniurari: vt in cōſti. feu. de prohi. alie. per fe. l. imperialē. §. preterea ſi inter. ¶ Jure aūt cōſuetudinario aliter obſeruabatˀ qñ inter duos pares erat cōtrouerſia de feu. qm̄ tunc corā iudice vel arbitro cā terminari debebat vt in conſti. feu. de. l. coradi. ca. ſi inter duos pares. nec em̄ poterit declinari ei⁹ examen in conſtit. feu. de inueſ. in mari. facta. c. illud tñ ſciendū eſt. ⁊ an apud iudi. vel curiā dn̄i cā feu. termina. debeat. c. ex eo qđ ſupradixim⁹. ¶ Uel dic illa. c. loquantˀ de illis q̄ nō erant al's vaſalli ipſius de alio feudo niſi qꝛ contē debant de eodē feudo: ⁊ quilibet dicebat ad ſe partē feu. pertinere: dubitatˀ tñ ad quem deberet pertinere: cōſtitutio vo predicta federici loquitˀ de illis q̄ al's erāt vaſalli ipſius dn̄i. ſ. de alijs feudis et preterea vnus illorū debebat eſſe ſimiliter eius vaſall⁹ de illo feu. lꝫ dubitaretˀ q̄s eoꝝ deberet eſſe ⁊ ita ſm̄ hoc dices φ potius ſunt diuerſi caſus q̄ aduerſi. ⁊ hoc qñ cōtrouerſia eſt inter dn̄m ⁊ vaſallum vel inter duos vaſ. ¶ Siuero controuerſia fuerit inter dn̄m ⁊ aliū qui non ſit vaſall⁹ puta emptorē feudi vel alio modo poſſidentē ip̄m feudum vel etiā inter vaſallū et alium non vaſallū. tunc alius iudex cognoſcet ſub cuius iuriſditione ſit ſaltē reus vel res ipſe. ¶ Sed in hoc caſu videtˀ ſubuentū cōſtitutionib⁹ per ius canonicū vult em̄ qđ dn̄s feudi cognoſcat qñ non vaſallus cōuenit vaſallū. ſ. de iud. ceterū et de fo. cōpe. ex tranſmiſſa. ⁊ c. verū. ¶ Qđ verū eſt ſi dn̄s feudi parat⁹ ſit de vaſallo tenere iuſtitiā al's in ſubſidiū etiā ordinarius vel delegatus cognoſcet. ſ. de foro cōpe. ex tenore. ⁊ c. cum ſit generale. ¶ Poteſt aūt hoc non abſurde intelligi: vbi tam petēs q̄ vaſallus ꝯfitentˀ hoc eſſe de feudo talis dn̄i: puta titij ſed ſi alter neget: tunc durū eſſet φ dn̄s deberet cognoſcere: qꝛ iam eſſet iudex in re ſua. ſ. de fo. cōpe. ſi clericus qđ eſſe non dꝫ. C. ne quis in cā ſua iu. vel ius ſibi dicat. in rubro et in nigro. Quia tñ hoc in fraudē negari poſſet: vt declinaretˀ iudiciū dn̄i: dici pōt qđ dn̄s eos cōpellet ad iurandū de veritate dicenda. arg. ſ. de proba. ſicut cōſuetudo. qꝛ malicijs occurrendū eſt. ff. de rei ven. in fundo. ſ. de reſcri. plerūq3. ⁊ c. nonnulli. ¶ Si ergo vterq3 neget: cū in hoc caſu ſit queſtio inter dn̄m ⁊ vaſallum cognoſcēt pares curie: vt ſupra dictū eſt: vel dic ſi petens confiteatˀ: ⁊ poſſidens neget cognoſcet dn̄s qꝛ iudiciū redditur in inuitū. ff. de verb. obli. inter ſtipulantē. Sed ⁊ ſi petēs neget vel vterq3 negent: tunc cognoſcet iudex ordinarius vt lites dirimantˀ: ⁊ circuit⁹ tollatur. ff. ſi cer. pet. quidā. ⁊. ſ. de reſcrip. c. ſi. ⁊ de or. cog. tuam. ¶ Cognoſcere aūt pōt queſtione fundi. ſ. an ſit feudum nec ne ⁊ ſic an ſua ſit iuriſditio nec ne. ff. de iudi. ſi quis ex aliena. ⁊ ſi pronunciet feudū eſſe remittet eos corā domino feudi qui de principali cognoſcat alias ⁊ ip̄e de principali cognoſcet ar. ſ. de reſcri. dil. fin. J ſaraccenus. in. fin. ⁊ c. ab excommunicato. ⁊ quicquid ibi no. ſiue de expreſſis ſiue de alijs poteſt huic materie adaptari. ¶ Sin aūt vaſallus non vaſallū conueniat tunc ſemper ordinarius cognoſcet quia actor ſequitur forū rei. ff. de fo. cōp. ſi clericus. C. de fo. compe. iuris ordinem. cū em̄ iſte caſus conſuetudinib⁹ feudi nō ſit cōprehenſus abſq3 caſū. ſ. ſcripta ſtrēnuus aduocatus poterit ſuper hoc vt in conſti. feu. de cog. feu. c. j. ⁊ eſt ar. ad hoc p̄dictū. c. illud tñ ſciēdū eſt. ⁊ ca. ex eo qđ. ſ. dixim⁹. ⁊ c. ſi inter pares duos. ⁊ de pace tuenda. l. vna. §. ſi duo hoīes. ⁊. §. ſe. ¶ Poteſt ēt hoc ꝓbari ꝑ cā dē cōſt. F. imperialeꝫ. §. p̄terea ſi inter. cū em̄ ſpāliter ibi loquatur de dn̄o vaſallo. voluiſſe videtˀ φ in alijs. oībus caſibus veteres. ll. debeāt obſeruari. ſ. vt alius iudex de eis cognoſcat qđ em̄ nō mutatur quare ſtare ꝓhibetˀ C. de teſta. ſancim⁹. nā q̄cq̄d. l. noua ſpāliter nec vr̄ expſſum illud regu. veterū legū ⁊ conſtōnū intelligitˀ relictū. C. de ap. p̄cipimus. in fi. Tñ Gof. ſic not. de hac materia. ¶ Si agitur inter duos vaſallos nec reuocatˀ in dubium quin res de qua agitur feudalis ſit: tūc cognoſcet dn̄s. ſ. de fo. compe. vtrū ⁊ hoc qñ dubitatˀ q̄s ſit vaſallus. intereſt em̄ dn̄i hoc diſcutere: ſic intellexit. ſ. de iudi. ceterū. ⁊ c. nouit. ſ. de fo. cōpe. ex tenore. ⁊ c. ex trāſmiſſa ⁊ l. imperialē. §. p̄terea. ¶ Sed ſi qō ſit inter dn̄m ⁊ vaſallū vtrū vaſallus debeat feudū ꝑdere vel habere ꝑ pares curie hec qō finie-

teſt ſubditis in quolibet loco infra ſuā dioc. ordines conferre: ita et inter ipſos ibidē poterit iudicare. ar. j. de paro. nullus. ⁊ xj. q. ij. epm. ⁊ c. ſe. ⁊ per totū ad idem. ff. de offi. procō. ſolent. ⁊ l. ⁊ ideo. ff. de offi. preſi. l. iij. ⁊ ſi ij. ⁊ l. generaliter. ⁊ 𝔍. de of. le. § ⁊ in quo loco. ⁊ ꝙ infra prouinciā alicui commiſſam teneat quis reſpondere dum tñ extra non trahatur expreſſum eſt in auẗ. vt oēs obe. iudicibꝰ. § hoc conſiderantes. ⁊ precedentia et ſequentia. col. v. nec eñ ad angulū prouincie reſtringendus eſt iudex ſed in omni loco ſue iuriſdi. poteſt ius reddere ſicut alias. dixit lex. ſimile. ff. de vi ⁊ vi ar. l. j. § j. ibi. ideoqȝ quando queritur de loco vbi queſtio agitari debeat: potius inſpicitur iudex ⁊ territoriū q̄ȝ locus in quo quis degit arg. ff. de poſtulādo. l. j. § j. C. de fruc. ⁊ litis expen. non ignoret. C. de iuriſdi. om. iud. l. pe. ⁊ vlt. in quibus cau. milites. l. j. C. vbi quis decu. vel choar. l. j. et ſcđm hoc intellige aliquē coueniri tantum vbi hȝ domiciliū corā illo iudice nec tñ ꝑpter hoc remouent̄ alie cauſe: ex quibus quis forum ſortit̄. ſic intellige. C. de iuriſ. om. iudi. iuris ordinē. vñ exponi dȝ: vbi id eſt coram quo vl̄ apud quē iudicē ſic. C. vbi de cri. agi opor. et tit. ſequētibus. ad hoc. j. de rap. c. j. ⁊ iij. q. vj. c. j. ⁊ vj. q. iij. placuit. ¶ Quid aūt iur. ſit: ſi cōtrouerſia ſit inter dñm et agnatos defuncti de feudo: vel inter dñm et filiū defuncti: vel inter agnatos et filiā defuncti. dic vt dicit in conſti. feu. ſi de feu. contro. fuerit. c. j. ij. ⁊ iij. et de ꝯtro. inter maſcu. ⁊ femi. de. b. c. item ſciendum eſt. ¶ Verūtamen lȝ ibi dicat̄ ꝙ per ſacramentū debeat terminari alterutra parte in probatione deficiēte: illud tñ eſt intelligē dum cum determinatione eius qđ legit̄ in conſti. fe. de conſue. recti feu. c. ſacramentum nō ſemꝑ eſt dandū. hoc idē eſt de oibus. c. in quibus dr̄ ſacramentū poſſidenti debere dari. ſ. vt intelligant̄ cum determinatione predicti. c. ſacramentū. ¶ Iſtud autē ſcire debes ꝙ oēs filij eiꝰ q̄ feudū acq̄ſierūt debēt facere fidelitatē marie ſi feudū indiuiſum habēt ſȝ ſi ad vnū ex diuiſiōe totū ꝑuenerit: tūc ille ſolus iurabit. vt in ꝯſti. feu. ſi de feu. ꝯtro. fue. oēs filij. ¶ Sȝ nunq̄d tenebit̄ iurare fidelitatē oibꝰ filijs ſuisª dñi defuncti. R̄ndeo nō puto q̄m vaſallꝰ nō cogit̄ ꝑ vno feudo plures dños habere maxime in comitatibus ⁊ ducatibus marchionatibus qui hodie diuidi non debent nec poteſt dñs ſine volūtate vaſalli feudum alienare. vt ola hec probant̄ in conſti. feu. de prohi. feu. ali. per fe. imperialē § preterea ducatus. ⁊ de feu. ſine culpa non amit. § ſancimus. verſi. vel ſi q̄s: ideo vaſalli in gñali alienatiōe nō ꝯtinent̄: niſi hoc nolatim dictū ſit: vt in li. feu. ſi de feu. vaſ. ab aliq̄ interpel. fuerit in gñali. aliqui tamē voluerūt dicere ꝙ equali aut maiori dño concedi pñt vt in li. feu. l. corradi. ¶ Hoc etiā in ſumma notādū eſt ꝙ in feudo prohibitū eſt pactū. l. commiſſorie. ſicut in pignore. in cōſtitu. feu. de feu. dato in vicem l. cōmiſſo. c. j. ⁊ de ca. qui curiā ven. c. ſimiliter feu. datū. ¶ Eſt et i ſumma notandū ꝙ vaſallꝰ poteſt feudū refutare q̄ñcūqȝ voluerit etiam ſine voluntate dñi: et poſtq̄ȝ refutauerit non tenebitur dño ſeruire: verūtñ non debebit eum offendere. in conſti. feu. de vaſ. qui cōtra cōſtit. lotha. f. ali. ca. j. ¶ Sed et hoc in ſumma ſciendum eſt ꝙ alienatio feudi paterni nō ꝓhibetur inter agnatos cū potius refutatio q̄ȝ alienatio videat̄ in conſti. feu. de alie. feu. paterni. ca. j. Preterea illud in

a ¶ Nunq̄d tenebit̄ iurare fidelitatē oibus filijs ſuis. Adde in iſta materia reperio duas opi. prima opinio ꝙ oibꝰ hoc firmat gloſ. in l. ſi cuius. in § j. ff. de vſufru. q2 iuramentū fidelitatis eſt quid indiuiduū ſicut ⁊ ipſa fidelitas ergo vnicuiqȝ i ſolidū debet̄ ꝑ regulā. l. ij. in fi. § pe. ff. de ver. ob. idē expſſe firmat Bal. i l. j. in. xxij. q. ff. de re. diui. ang. in. l. ij. § ex his. et ibi lu. ro. l. iij. colū. ff. de verb. obli. Ioan. de imol. in. l. iiij. in fi. ff. eo. Bal. et Ang. in. l. cōis. ff. de in ius vo. Guliel. de cu. ⁊ albe. de roſa. in. l. duo patroni. in ꝑn. ff. de iurciur. ⁊ latius per Ioan. and. in addi. ſpe. in ti. de loca. in § nunc aliqua. ver. lxxij. contrariā opinionē tenet glo. in. c. j. § preterea ducatus. de prohi feu. aliena. per fede. in vſibus feu. iſtā opinionē tenet Albe. de roſa. in. l. ſtipulatio. in § queſitum. ff. de no. ope. nunci. idē Albe. in. l. cum vnus. ff. de ali. et ciba. lega. idem tenet Iac. de belui. in. c. oēs filij. ſi de feu. fue. controuer. inter do. et agna. in vſi. feu. et ibi Bal. ſibi ꝯtrarius. idē tenet Ia. de ardizonnibus ſummus feudiſta in ſum. feudoꝝ in. tit. de ſucceſ. feu. in § ſed vbi dñs. idē tenet ſpec. ⁊ ibo Ioan andr. in addi. in titu. de feu. in § [illegible] i. verſi. xxix. ſed pileus doctor antiquus late diſputauit hunc caſum et determinauit pro prima opinione. ſed Franci. de are. in. l. ij. ff. de verb. obli. tenet cum ſecunda opinione ver. qđ vaſallus non cogit̄ preſtare iuramentū fidelitatis vnicuiqȝ filiorū ſed ſufficit vni iurare. vbi dicit ꝙ iſta opinio eſt ſequenda in practica eo q2 eſt cōis opinio. ſed in tāta varietate tenerē primam opinionem pro qua tenet Dy. Ray. de forli. ⁊ Bar. l. l. cū vnꝰ. princip. ff. de bo. auto. iud. eandem partē tenet Angel. in. l. loci corpus. in § ſi fundus. ff. ſi ſerui. vend. ⁊c.

ſumma ſciendū eſt q̄ ſi vaſallꝰ aliqđ edificiū in feudo fecerit aut ſua pecunia ipſum melioraverit: et poſtea ſine deſcendentibus deceſſerit dñs dȝ pati edificiuȝ ab herede auferri: vel debet precium meliorationis ſoluere: idē eſt ⁊ ſi ſua pecunia ſeruitutem feudo acq̄ſiuit lȝ quidam dixerūt qđ oīno ad dominū p̄dicta pertineat: vt in ꝯſti feu. hic finitur. l. c. ſi vaſallus in feudo. ¶ Sed et ſi vaſallus decedat ante kalendas martij ſine ꝓle. ⁊ poſt auguſtum oēs fructus qui ſunt in feudo pertinēt ad dñm: ſive vo poſt kalēdas martij et ante auguſtum. tunc ptineāt ad heredē. ¶ Quidā tñ dixerunt qđ quo cūq; tpe deceſſerit omnes pendentes pertinēt ad dñm vt in predicto ti. c. ſi vaſallus decedat. ¶ Hoc aūt in ſuma non eſt omittendum qđ filius non poteſt retinere feu. repudiata hereditate p̄ris ad hoc vt non teneatur ſoluere debitū paternum ſed aut totū dȝ repudiare: aut totuȝ retinere: niſi dñs eum tanq̄ de nouo bñficio inueſtiat agnatis ꝯſentientibus qm̄ tunc illud bñ retinet ſine aliquo onere hr̄ditario. aliud autē agnatis qm̄ ipſi pñt feudum retinere repudiata hereditate ſine aliquo onere hereditario: vt in ꝯſti. feu. an agnatus vel filiꝰ defuncti poſſit retinere repu. here. c. ſi ꝯtigerit. et de capitaneo qui curiam vēdidit. capi. filiꝰ nō poteſt. ¶ Finaliter illud in ſumma notandum puto q̄ ſaluis legibꝰ imperialibus que continētur in conſtitu. feud natura et cauſ; feudi ſcđm diuerſas regionū conſuetudines eſt diuerſimode determināda. ſicut no. ſimile ꝟ. de natis ex libero vētre. ver. q̄uis. quia nō eſt conſuetudo vnius regionis alterius ꝯſue. ſubuertenda. xj. di. illud breuiter ⁊. c. ſcit ſancta. conſue. autem deficiente in regione aliqua recurrendum eſt ad aliarum conſuetudinem regionū. ꝟ. de ceſſi. ſup eo. ⁊ ſi nec illa appareat ꝯſtitutione vel lege ſcripta ſine cāſū niſi vti poterit ſtrenuꝰ aduocatus: vt li. feu. de feu. cog. c. j.

¶ De pignoribus. Rubrica.

EGimus qualiter res alienentur videamus qualiter obligentur. ⁊ ſi dicamus de pignoribus. ¶ Videntes quid ſit pignus. ¶ Et vnde dicatur. ¶ Qualiter contrahatur. ¶ Quibus pactis interuenientibus. ¶ Quis poſſit pignori obligare. ¶ Que res obligari pñt. ¶ Que actio inde naſcatur cui detur. ⁊ ꝯ quem. ¶ Quo ordine. ¶ Et ad quid. ¶ Quādo efficaciter intenteř. ¶ Quo ordine et in quantum fiat condemnatio. ¶ Tractantes poſtea de vſufr. ſuper decretalium conſtit.

1 Quid ſit † pignꝰ. [a] Obligatio rei licite ꝓ debito inita. Fit aūt ad maiorem ſecuritatem creditoris: q2 tutius eſt pignori incūbere q̄ in perſonā agere. inſti. de ob. que ex delic. naſ. §. furti. et tutius eſt non ſoluere q̄ ſolutum repetere. ff. de cōpenſa. l. ideo compenſatio. magnū enim eſt commodum poſſidentis vt. ꝟ. de ꝓba. ex lr̄is. ff. de rei ven. l. is qui deſtinauerit.

2 Et unde dicatur. † A pugno vnde proprie dr̄ pignꝰ res mobilis tradita de pugno in pugnū. vt ff. de verb. ſig. plebs. §. pignꝰ. ¶ Pignꝰ ergo dr̄ cum tranſit: hypotheca cū non tranſit. vt inſtit. de ac. §. itē ſeruiana. ff. de pig. ac. ſi rē. §. proprie. ¶ Sed quantum ad ac. non differunt inter ſe pig ⁊ hypotheca niſi quantum ad ſonum vocis: quia ꝓ vtroq; pignoratitia datur debitori hypothecaria creditori. ff. eo. res. §. inter pignꝰ. ⁊ inſti. de ac. §. inter pignꝰ. ſic primas et patriarcha q̄tum ad dignitatem non differunt ſed in ſono vocis tm̄. xcix. di. §. j. ⁊. c. j. ⁊. ij. et de offic. ordin. duo ſimul. ſic nec refert in iure noſtro vtrum is qui ꝓ nobis eſt in iudicio procurator voceř vel actor. vt no. ꝟ. de procur. §. j. ver. ſed ſm.

3 Qualiter contrahatur. † Hic ſciendum qđ alia ſunt pignora pretoria alia iudicialia: alia conuentionalia: ⁊ conuentionaliū: alia tacita: alia expꝛſſa. ¶ Pretoria ſunt que fiunt pretore iubēte. puta vt caueat ꝓ legatis vel de dāno infec. vel in operis no. nū. de opere demoliendo. ⁊ hec conſtituunt per miſſionem in poſ. non aliter. ff. de pig. ac. non eſt mirū. §. ſciendū. de his et diebus feriatis pōt cognoſci. ff de ferijs. l. ij. idē in iudicialibus. ¶ Sunt aūt iudicialia cuȝ iudex iubet

a ¶ Quid ſit pignꝰ. Ad de doct. in ru. eo. ti. et quid ſit pignus pretorium. vide parch. in. §. ſȝ notandum. j. qđ. j. Jac. bu. in. l. fi. C. qui po. i pig. ⁊ in. l. ſi is qui. in. §. j. ff. đ pignori.

aliq̃d poni in poſ.ex offi. ſuo vt mãdeť execu
tioni.diſ.ſnia.ꝛ prio capiunť mobilia.ſcđo i=
mobilia tertio ꝑueniť ad noĩa.ff.de re iudi.a
diuo pio.ſic intellige rubricã.C.de ꝓto.pi.l.j.
ꝛ hoc ꝑ miſſionẽ in poſ.ꝯſtituiť.vt.ş.de re iu=
di.cũ aliq̃b⁹.¶ Effect⁹ aũt iſtoꝝ pignoꝝ hic
eſt vt creditor cadẽs a poſſeſſione culpa ſua
vel ſine culpa habeat hypothecariã.vt.C.
de preto.pigno.l.vlt.ꝛ forte cõuenieť a debi=
tore pignoraticia.vt inſtrm vel ſi q̃d habeat
vltra debitũ reddat.vt.ff.vt in poſ.leg.is cui.
§.queri.¶ Conuentionalia vero ſola con=
uentione cõſtituunť:vt iam dicemus.¶ Itẽ
in cõuẽtionali venit dolus lata culpa et le=
uis.ſed in iudiciali dolus tantũ et lata cul=
pa.ff.de bo.auto.in.poſ.pretor.§.eſt ꝓterea.
¶ Itẽ conuentionale a ſolo principe adijciť
iure dñij.C.de iure do impe.l.vlti.iudiciale
vero etiã a preſide.ff.de re iudi.a diuo.¶ Itẽ
conuentionale pro quãtitate tm̃ quam valet
adijciť.ſed iudiciale etiã pro toto debito:vt
in proximis.ll.legatis.¶ Itẽ creditor conuẽ
tionalis ciuiliter ꝛ naturaliter poſſidet:ſed
iudicialis naturalr̃ tm̃.ff.vti poſſidetis.duo.
§.creditores.et de acquir.poſ.qui pignoris.
¶ Sed quęriť vtrũ creditor poſſit intentare
interdictũ vñ vi.ꝛ videť prima facie ꝙ nõ:qr
non eſt poſſeſſor.ff.qui ſatiſda.cog.l.vlti.ꝛ.ff.
de acquir.poſ.l.qui pignoris.in prin.ꝛ.C.de
preſcr.xxx.an.l.cũ notiſſimi.§.j.ibi qr dũ ille
viuit ꝛc.ff.de vſuca.l.pig.ꝛ vr̃ expꝛ̃ſſum.ff.vti
poſ.l.ſi duo.§.creditores.¶ Ecõtra vr̃ qr cre
ditor poſſidet:vñ dr̃ poſſeſſionẽ amittere.vt
ff.de pig.ac.l.ſi creditor.ſola enim poſſeſſio
apud ipm̃ trãſferť.vt.ff.de pig.ac.l.cũ ꝛ for=
tis.§.fi.ꝛ.l.ſi pignus.et.l.debitor.§.fi.ꝛ.l.ſi rẽ
alienã.§.j.proprie tñ eſt qđ ſi creditor debi=
tori locet hypothecã:debitor loco coloni vel
inquilini habeť.ꝛ per eũ creditor poſſeſſionẽ
retinet.ff.de acqui.poſ.de pig.noĩe.ante.l.q̃
abſenti.ꝛ.ff.de vſuc.non ſolũ.§.qui pignori.ꝛ
§.ſi rem pignori.¶ Solutio dic creditorem
poſſeſſionẽ habere ꝛ ipſum poſſidere quo ad
oĩa preterq̃ quo ad vſumfr.vt probat lex al=
legata de vſufr.pignori.ꝛ.l.nõ ſolũ.§.qui pi=
gnori.ꝛ ſi rem pign.ſed nec intelligitur poſ=
ſeſſor quo ad reuelationẽ ſatiſdationis:et ſic
loquitur.ff.qui ſatiſda.cog.l.vlti.ꝛ hec vera
ſunt de creditore conuẽtionali.ſecus de iudi
ciali qui cauſa cuſtodie tantum miſſus eſt in
poſſeſſionẽ:cum hic cuſtos ſit non poſſeſſor.
ſic loquitur.ff.vti poſ.ſi duo.§.creditores.ꝛ
alie leges quas allegaui in ꝯtrariũ faciũt pro:
ſi diligẽter ꝯſiderenť:tñ interpoſito ſcđo de=
creto etiã talis poſſidet vt no.vt.ş.vt lit.non
cõteſt.§.ſin aũt ꝑſonali.ver.laurẽtius.¶ Itẽ
cõuẽtionalis agit pro dãno dato in pignore
ſecus forte in iudiciali:vt.ff.eodem ſeruum.

¶ Pignus autẽ qđ in cauſa iudicati.i.pro
exequendo iudicato accipiť olim poſt duos
menſes licebat diſtrahere.vt.ff.de re iu.de=
bitoribus.ſed hodie ſpectanť.iiij menſes:vt
C.de vſu.ar.j.l.vlti.ꝛ autoritas iubentis vi=
cem iuſte obligatiõis obtinet:vt.C.ſi in cau=
ſa iudi.pig.l.j.hoc ergo pignus captum per
executorẽ diſtrahi iubeť:ꝛ ſi emptor non ex=
titerit vel extet.ſed non iuſtũ preciũ obtule=
rit victor.i.creditor loco cuiuſlibet alteri⁹ ex
officio emere põt:vt.C.ſi in cauſa iudi.pig.
ca.ſit.l.ij.vel poſſunt ei adijci pignora pro ea
quantitate que ſibi debetur.non pro minori
ꝛ ſic recipiet in ſolutũ vicem emptionis ob=
tinet.ff.de re iudi.a diuo.§.ſi pignora.ꝛ.C.de
euic.ſi prediũ.ꝛ ſi calliditate condẽnati vi=
ctor emptorẽ non inuenerit autoritate princi
pis dominiũ conſequeť:vt.C.ſi in cau.iu.pi.
capi.ſit.l.vlt.vel autoritate preſidis vt dictũ
eſt:ꝛ ſi non inueniatur res quin ſit alij con=
uentionaliter obligata creditor conuentio=
nalis cogitur pignus tradere ſi tamen inue
niatur emptor qui ſibi prius ſatiſfaciat:et
ſuperfluum victori reddat.ff.de re iudi.a di=
uo pio.§.ꝙ ſi res pignorata.

¶ Conuẽtionaliũ alia expreſſa que ſola cõ=
uentione conſtituũtur.et inde conuentiona=
lia vocantur.ff.de pig.act.l.j.et hec contra=
huntur inter preſentes ꝛ inter abſentes per
nuncium vel epiſtolã.ff.e.contrahiť.ꝛ.l.cre=
ditori.§.j.¶ Alia tacita:vt ee.ſi quis tibi do=
tem promiſerit oĩa bona ſua pro illa ꝓmiſ=
ſione tacite obliganť ſic ꝛ bona mariti oĩa ꝓ
reſtituenda dote vxori tacite obliganť etiam
ſi extraneus.i.is qui mulierem in poteſtate
nõ hꝫ ꝯfert dotẽ.ꝛ niſi ipſe extrane⁹ ipſam do
tem ſibi ſpecialr̃ ſtipuleť:ipſa mulier tacite
ſtipulata videť:vt.C.de rei vxo.act.l.vna.§.ꝛ
vt plenius.ꝛ.§.accedit.ꝛ de pact.conuen.ſu=
per dotẽ ex morte.et q̃ po.in pi.ha.aſſiduis.
¶ Nec pro delicto viri debet vxor amittere
dotẽ ſuam:vt.j.eo.ex literis.etiã ſi crimen le
ſe maie.cõmiſerit.C.ad.l.iul.maie.quiſquis
§.vxores.¶ Et hoc notandũ circa hãc ma=
teriã ꝙ mulier preferť oĩb⁹ creditorib⁹ prio=
rib⁹ et poſteriorib⁹ habẽtib⁹ expreſſam hy=
pothecã q̃uis eĩ habeãt tacitã.ſ.autorita=
te legis vt in inferiorib⁹ apparebit:nihilomi
nus ꝓferť mulier:niſi ꝛ habẽs tacitã por ea=
dẽ eq̃tate nitať:vt qr petit dotẽ ꝓcedẽtẽ.dua
bus eĩ dotib⁹ ab eadẽ ſubſtãtia debitis ex
parte ꝓrogatiuã volumus manere.vt.C.qui
po.in pig.ha.l.fi.ꝛ auť.vt exac.inſtan.dotis
prie coll.vij.¶ In donatione aũt ꝓpter nup.
preferť mulier poſteriorib⁹ tm̃.C.e.l.vlt.in
auť.de exhi.reis.§.optimũ.coll.v.ꝛ de equa=
li.do.§.qr vero et huius.col.vij.¶ Item pro
rebus parafrenalibus.i.iuxta dotẽ poſitis a

para qȝ eſt iuxta ⁊ frena qȝ eſt dos hȝ mu=
lier tacitã hypothecã niſi p ſpālez ⁊ expſſam
ſibi ꝓuiderit: qꝛ tunc alīj renunciare vr̄. C. de
pac. conuen. ſup dotē. l. vl. ¶ Hoc priuilegiū
ad heredes mulieris nō tranſit C. de priuil.
dot. l. vnica. qȝ verū eſt de extraneis nam ſui
hoc priuilegiū habēt. ff. ſolu. ma. etiã C. qui
po. in pig. ha. l. vlt. §. exceptis. ¶ Itē hoc pri
uilegiū non hȝ niſi mulier participans fidei
catholice. vt. C. de here. auẗ. itē priuilegiū. et
in auẗ. de priuil. dotis. col. viij. ¶ Item oīa in
uecta ⁊ illata in ruſtico p̄dio dño ſciente niſi
ad tp̄s inferanẗ: ꝗ̄uis empta ex fructuū pre
cio dño tacite obligantur: vt. ff. q̇. mo. pi. vel
hypo. tacite ꝯ̄hatur. in p̄dijs. ff. e. tit. debitor.
C. in qui. cau. pi. tacite ꝯ̄. ꝗ̄uis. ſed in vrbano
non di. vtrum dñs ſciat vel neſciat: vt not. ſ.
de dolo ⁊ contu. §. que actiones. ver. hȝ etiaȝ
dñs. ¶ Item bona tutoꝝ ⁊ cur. tacite obligā
tur filijs pro rebus aduentitijs. C. de admi.
tut. pro officio. Sed ⁊ bona patris tacite ob=
ligantur filijs pro rebus aduentitijs ⁊ p̄cijs
earūdem nō tñ imputaẗ pr̄i ſi male ſit ipſis
vſus vel in eis male verſatus ſit vt. C. de bo.
que lib. l. antep. §. vlt. ⁊ l. vlt. §. vbi autem. ⁊ l.
pe. §. nō aūt. ¶ Ergo ⁊ bona p̄lati ad exēplū
patris: ⁊ tutoris eccleſie tacite obligantur ꝓ
mala adminiſtratiōe. xij. q. ij. illud. ij. q. vij. la
tor. iij. q. ij. §. vlti. ſ. eo. ex preſentiū. ¶ Itē bo=
na matris ꝯuolātis ad ſcḋas nup. ſunt filijs
prioris matrimonij tacite obligata vt eis re
ſtituat que a priore marito lucrata fuit. C. de
ſecū. nup. hac. edictali. §. pe. ſuper hoc vide
ſ. de ſecū. nup. §. quare ⁊ qualr̄ puniaẗ. ſub
§. ſic vidiſti. ver. itē punitur hec mulier. ⁊ ſe.
¶ Item tacite obligantur bona defuncti ꝓ
leg. ⁊ fideicōmiſ. vt cōia de le. l. j. ¶ Itē tacite
obliganẗ mutuanti ad militiā emendā vt di
ctum eſt. vel ad nauē armandā: vel rem refi=
ciendam ſeu conſeruandam: vt. ff. q̇ po. in pi.
ha. interdum. ⁊ l. hui⁹. ⁊ l. idemq̄. ⁊ qui. mo.
pi. vel hypo. con. l. j. nec tñ facit ad ti. niſi di=
cas ibi ꝯtrahi tacitam hypothecã. ¶ Aliud
eſt ſi ex pecunia mea rez emeris: qꝛ ꝗ̄uis ad
hoc tradidero non tñ eſt mihi obligata niſi
ſpecialiter conueniamus: vt. C. qui po. in pi.
ha. licet. ſed cōtra in auẗ. de equali. do. §. his
conſequen. Solu. dic ꝙ ibi ſpecialiter conue
nit vel loq̇tur de re empta de pecunia pupil=
li. ¶ Quid ſi quis mutuauerit ad rem de no=
uo fabricandam. vr̄ qȝ tacite obligetur. ff. q̇.
mo. pig. taci. contra. l. ſed ibi loquitur in refi=
cienda ⁊ aliud eſt facere ⁊ aliud reficere. vt. ſ.
de iude. ꝯſuluit. ff. de iti. actuq̄ pri. vnde etiã
reficere. ⁊ de no. ope. nun. l. j. §. ſi qs edificiū.
¶ Item pro tributis obligantur tacite bona
oīm qui cenſentur: vt. C. in qui. cau. pig. taci.
cont. l. j. ¶ Item bona ꝯ̄hentis cū fiſco tacite
obligātur. C. in q̇. cau. pig. taci. cō. l. ij. ¶ Itez
bona primipillarij fiſco tacite obligātur. in
quo caſu fiſc⁹ vxori p̄fertur nam ſi bona ma
riti deficiant etiã de rebus dotalib⁹ ſatiſfiet:
vt. C. in qui. cau. pi. taci. ꝯ̄. ſatis ergo multo=
fortius. ¶ Itē in cle ꝯiugato obligato eccle=
ſie. ar. C. de ſa. ſan. ec. l. fi. in auẗ. vt nō luxu. ꝯ̄
natu. §. 1. ibi ſi enim ⁊c. col. vj. ꝯ̄ qꝛ nō inueniẗ
iure expſſum. ¶ Itē bona matris filio tacite
obligantur ſi anteq̄ ei tutorē petierit ⁊ ordi
nari fecerit: qȝ ex tutela habuerat reddide=
rit: ad ſcḋas nuptias cōuolauerit: cum tute=
lam liberorū ſuſcepiſſet. ⁊ ēt bona mariti ſui
ipſi filio tacite obligantur. vt. C. in qui. cau.
pi. taci. con. ſi mater. et ad tertu. omnē matri.
¶ Quinimo indigna eſt ſucceſſione ſi ei tuto
rem nō petierit īfra annū a tp̄e mortis pr̄is
dūmodo copiã iudicis habuerit ⁊ deuoluiẗ
ſucceſſio ad alios ꝓximiores gradu. ¶ Sȝ ⁊
ſi mater ſupſit proximiores gradu hāc penã
patiuntur ſiue ex teſtō veniente ſiue ab inte=
ſtato. ab hac pena excuſaẗ minor. xxv. an. qȝ
itelligo niſi poſt maiorē etatē cucurriſſet an=
nus vt verbi gr̄a: tp̄e mortis pr̄is mater hȝ
xxij. an. filius vnū vixit p. iiij. ⁊ vltra ſed mor=
tuus eſt in pubertate hic ipſam indignam
iudico: qꝛ ꝗ̄uis tres anni priores nō obſint
ſibi cū minor eſſet obſtat quart⁹ quo fuit ma
ior ſed ſi filius pubes decedat: hec pena locū
nō hȝ. Itē ſi miſit mater nunciū qui interfe=
ctus eſt nullã penã patieẗ. hec oīa poptime
ꝓbanẗ in dicta. l. oēm. ſcȝ. C. ad ter. ſe. cō. ⁊ l.
mr̄es. ⁊ de legi. here. ſciãt. ⁊ q̇ pe. tu. vel cura.
cū a matrib⁹. ff. ad tertu. l. j. §. ſi mater. ⁊ §. cō
ſeſtim. C. ſi aduer. delic. l. vl. ⁊ in q̇. cau. reſti. in
inte. non eſt neceſ. ſancim⁹. hec aūt materia.
ſ. de delic. pue. ſub. §. illud no. dignū plenius
expeditur. qȝ dic vt not. ibi.

4 Quibus pactis † interueniē
tibus. Omnibus licitis poſſibilibus ⁊ hone=
ſtis ſiue pactū ſit purū: ſiue in diē: ſiue ſub cō
di qȝ dic vt no. in venditione. ſ. de ꝯ̄hē. emp.
§. ⁊ quibus reb⁹. ver pōt aūt fieri. nec di. vtꝝ
obligatio ſit ciuilis vel p̄toria vel naturalis
tñ vt. ff. e. res. ⁊ l. queſitū. §. vl. ¶ Ualet ergo
hoc pactum vt ſi pecunia infra certū diem ſo
luta non ſit ex tunc creditor rem iure emptio
nis poſſideat iuſto p̄cio tūc eſtimandam. ff.
eodē. ſi fundus. §. vlt. ⁊ ſic p̄cium in incertam
perſonam vr̄ cōferri poſſe in hoc caſu qȝ eſt
cōtra legem. ff. loc. ſi merces. rñ j. ⁊ ꝯtra illud
qȝ not. ſ. de contrahen em. §. j. ¶ Secus ſi di
cat debitor quod creditor habeat rem em=
ptam pro precio mutuato: nam hoc pactū.
l. commiſſorie. dicitur quod eſt in pignori=
bus reprobatum: vt. C. de pactis pigno. et. l.
com. et. l. j. et. iij. ¶ Item reprobatur ſi debi=
tor ꝓmiſit

tor ꝓmiſit dare in ſolutũ vt calipodiꝰ vel ſi cõueniat ꝙ nõ liceat ei pignus luere.i.redimere: vel imperpetuũ: vel ante diẽ ſibi prefixam arg.ff.de preca.cũ precario.ſ.de ꝑcariis precarium. ¶ Item illud pactũ nõ tȝ vt creditori non liceat vẽdere.ff.de diſtra.pi.ſi creditor ·§·vl.⁊ de his.l.facit mẽtionẽ.i.e. ſignificãte. ¶ Quãuis aũt hoc pactũ inter creditorem ⁊ debitorẽ ſit reprobatũ.tñ inter debitorẽ ⁊ fideiuſſorem licitũ eſt.ff.de ꝯhen. em.l. vl.rñ.i. niſi fieret in fraudẽ legis de ꝑſona ad perſonã: qꝺ dic vt no.ſ.de ꝯhen.empt·§·fi.ſub·§ illud aũt notãdũ.ꝟ.de ꝑſona. ¶ Quid ſi fiat pactum ꝙ niſi ſoluatur infra certũ diẽ creditor habeat rem in feudũ. Rñdeo nõ vȝ: quia fieret fraus legi.ar.ſ.de re.ec.nõ alie.ad noſtrã ⁊ hoc expreſſum eſt in ti de feu. da.in vicem legis cõmiſ.c.i. ¶ Quid ſi dicat vt nõ liceat ſibi recuperare pignus. Rñdeo nõ vȝ ar.in ſuperioribus.ll.⁊.ff.de iureiu.ſi duo patroni ·§· idẽ iul. ¶ Quid ſi dixit ꝙ non poſſet recuperare vſqꝫ ad duos annos.dixi ꝙ nõ vȝ.ſ.eo.ver.idem reprobatur.ar.tñ cõtra.ff.cõi diui. in hoc iudicio·§·fi. ¶ Quid ſi renuntiauit debitor bñficio huius.l. Rñdeo nõ vȝ.qꝛ pro bono publico introducta eſt ar.ſ.de ſo. compe. ſi diligenti.C.de iureiu.l.ii·§·ſed quia vereamur.ff.de poſtu.quos ꝓtor.⁊ qꝛ i introducta eſt in odium creditorũ: ſuper quo vide qꝺ no.ſ. de renũ·§·que pñt renũciari. ¶ Quid ſi iurauerit debitor ſe non venturum cõtra. Rñdeo non vȝ ſacramentum cũ factũ ſit in fraudem legis.ar.C.de legi.nõ dubium.quia quoties pactũ a iure cõi remotũ eſt: nõ ſeruãdũ: vt.ff. de pac.auris gen·§·ſed. ⁊ ſi quis paciſcatur. ⁊.l.ſi vnus·§·pacta pro ⁊ contra.i.e.ſignificãte.credo tamen ꝙ vȝ: ſed is qui fecit poterit abſolui per eccleſiam qꝺ dic vt no.ſ. de iureiu·§·quomodo cenſeꝫ.ꝟ.ſi is igitur. ⁊ verſi.et hoc notandum. ¶ Quid ſi debitor ꝓmiſit penam ſi de iure vel de facto veniret ꝯtra. Rñdeo non vȝ cũ ꝑſumatur hoc factum in fraudem legis ar.i.de ſpon. gemma.ſ. de preca. c.ii.C.de vſur.cuȝ allegas.ff.de ac.em.⁊ ven. iul·§·idẽ.⁊·§·papi.ff.ſi quis cau.l.ꝯ.rñ.i.ff.de condi.inde.eleganter·§ pe. ¶ Sed ſi fiat pactum vt emptor habeat obligatum aliquem fundum venditoris loco illius quem emit cũ ſibi ſuper empto fuerit mota queſtio lata ꝑ emptore ſententia cogitur ſubrogatum reſtituere venditori: q ipſum tranſtulerat in emptorem: vt.C.de pac.pig.⁊ leg.con.l.ii. hoc autem pactum.ſ.legis commiſſorie.in emptionibus ⁊ ven.licitum eſt quod credo verum niſi fieret in fraudem.l.vt.ſ.dixi.C.de pac.inter emp.⁊ ven.commiſſorie.ff.de.l.cõ.per totum. ¶ Ualet ⁊ illud pactuȝ vt debitor amiſſione pignoris liberet vt.C.de pig.ac.que fortuitis alias non obeſt: nam ⁊ quamuis minꝰ idoneum pignus creditor acceperit nihilominus ageret ad debitum recuperandum. vt.ff.ſi cer.pe.creditor. ¶ Aliquando vero nõ tenet principalis obligatio ⁊ tamen valebit pignoris datio vt ſi tutor ſine decreto reȝ pupilli diſtrahat: ⁊ pignus conſtituat ꝗ̃tuȝ ad pignus vȝ quia contractus in preiudicium ſuũ forte tenebit.C.de prediis minorꝫ.⁊ ſi is.

6 Quis poſſit pignori obligare. † Is qui poteſt donare: ſuper quo vide qꝺ no.i.de do. ·§· quis poſſit.⁊·§ ⁊ q̃.⁊.ſ.de loca·§·in quibꝰ. ¶ Ergo verus dñs maior.xxv.an. cui bonis interdictũ nõ ſit obligare põt. ¶ Item ⁊ non dñs ſi tñ publiciana ſibi competat.ff.e.res·§· vl.⁊.l.ſi ab eo.⁊.l.ſi inter. vel hypothecaria actio: quia ⁊ creditor pignꝰ pignori dare poteſt.⁊ ille qui hȝ rei vtilẽ vendicationem.C.ſi pi.pig.datum ſit.l.i.⁊.ii. ¶ Sed ſi ſatiſfactũ ſit primo creditori ius ſcdi euaneſcit: vt ibidem.⁊.ff.e.grege·§·pignori.⁊·§ in ſuperficiariis. ¶ Item emphyteota obligare poteſt ſȝ ſi non ſatiſfaciat de canone ſoluiꝫ pignus: vt ff.e.lex. ¶ Et ꝗuis nõ dñs nõ poſſit obligaꝛ rem alterius ſine cõſenſu dñi ſi ibi nõ hȝ aliquod ius: ſi tñ poſtea factus ſit dñs conualeſcit ipſa obligatio.ff.eo.ſi fundus·§·aliena.et l.ſi titio.⁊.ff.qui po.in pi.ha.l.iiii·§·cuȝ ex cã. ¶ Quod ſi debitor ſciens rem alienam abſqꝫ dñi voluntate alienauerit vel rem obligataȝ ſubripuerit crimen ſtellionatus cõmittit.C. de crimi.ſtel.l.ii.ff.de crimi.ſtell.iii.in eandeȝ incidit quies pro auro obligat.ff. de pig.ac. ſi quis in pignore. Sed ⁊ is incidit qui rẽ vni obligatam alii obligauerit.C.de cri.ſtel.l.i.⁊ fi.niſi res talis ſit q̃ vtriqꝫ ſufficiat pro debito ff.de pi.ac.ſi quis in pignore·§·fi. In talibus tñ excuſat probabilis ignorantia debitorẽ q ad crimẽ ſtellionatus: nõ quin ꝯtrario iudicio teneatur ſed quo ad vtrunqꝫ excuſat ipm debitorem ſcia creditoris.ff. de pi.ac.l. tutor ·§·i.idẽ ſi creditor ſciẽs rem alienaȝ recipit ipſaȝ pignori obligatã obſtabit ſibi exceptio ſed retentionẽ haberet: ſi poſſideret.nam ⁊ ſi in rẽ veri dñi verſa eſt pecunia: ob.ei vendicãti exceptio.C.ſi res alie pig. da.ſit.l.i. ſufficit etiam ꝙ voluntas dñi precedat vel ſequatur ff.de pig.ac.aliena res.rñ.i.⁊·§·ſi ignoro.ff.e. ſi fundus: ſi ſcienter quinimo per patientiaȝ roboratur.C.ad vell.ſi ſine·§· ſi res alie.pig. da.ſit.ſi probauerit. ¶ Quod ſi creditor patiẽte debitore pignus diſtrahat.non obeſt creditori dummodo ſciat ius ſuũ vbiqꝫ durare ff.qui.mo.pi.vel hyp.ſol.l.ſicut re corporali. C.non videtur. Sed ſi ſcribat preiudicat ſibi vt ibi. In dubio tamen preſumitur.qꝺ ſciat ius ſuum vbiqꝫ durare niſi ſubſcribat.ff.qbꝰ

mo.pig.vel hyp.ſol.lucius.§.vl. ¶ Sic ſi rez meā vendas non preſumor cōſentire niſi rō conſanguinitatis vel affinitatis interueniat ff.de dona.inter vi.⁊ vx.ſi ſeruus cōis. ¶ Itē tutor pōt obligare rē pupilli vt in iudicio ſi ſtat.ff.de admi.tu l.vl.§.defenſionem.impator aūt cum poſſit rem alienam donare/ pōt obligare.C.de quadri.pſcri.bene.ff.ad.l.rho.de iac.deprecatio.qr cui quod plus eſt lz ⁊ q minus de re.iur.cui.ſ.de deci.ex parte.

Que res obligari poſſunt.

6 †preſentes ⁊ future fructus pendētes ptus ancille:fructus pecorum et ea q̄ naſcunt. ff. eo.⁊ q̄ nondū. ¶ Item res corporalis ⁊ incorporalis vt cautiones et noia debitorum.ff.e.cū ꝯuenit.C.de here.vel ac.vē.poſtq̄ ⁊ ꝑ his noibus hz creditor vtilē ac.q̄ cōpetit debitori directa.ff.de pig.act.ſi cōuenit. ¶ Itez pñt pignori obligari pſonales ſeruitutes.vt vſu fru.⁊ vſufr.ff.eo.ſi is.§.pe. ¶ Item prediales ſeruientes ruſtice: vt q̄diu pecunia ſoluta nō ſit nō liceat vti ſeruitutibus.⁊ ſi infra certum diem nō fuerit reddita:liceat vendere.ff eo.ſed an vite. ¶ Urbane aūt ſeruitutes non pñt ſic pignori obligari.ff.eod.ſi is.§.vl.et eſt forte rō qr ex varietate vſus creditoris vl' eius cui eandē ſeruitutem venderes edificiū debe res ſeruitutes vel is cui preſtetur ſeruitus mutaretur ꝓpter q̄ edificia inutilia fierēt vl' deformarentur. ¶ Sed ⁊ dici poſſet q cōmoditas ſeruitutū vrbanorū prediorūz obligari pōt ſicut in ruſticis hoc contingit:vt.ſ.liceat ire ⁊ agere creditori.ff.e.ſed ⁊ an vie ſm Goſ. ¶ Huic aūt qd dixit ſeruitutes obligari poſſe ſic opponitur:ſeruitutes nec in bonis noſtris ſunt nec extra bona.ff.de vſufr.leg.l.ſ.⁊ obligari non pñt:qr ea demū pñt obligari q̄ quis de bonis ſuis facit obnoxia.C.q̄ res pigno.obligari poſ.qui filios.ff.e.⁊ q̄ nondū.§.qd dr.Solutio:ſeruitutes dicūtur non eſſe in bonis:qr per ſe ſubſiſtunt:ſed corporibus inherent:ſiue accedunt dñr non eſſe in bonis: quia res propria nemini ſeruit.ff.de ſer.vr.p̄.in re cōi.vel qr non poſſidentur ſed quaſi ff.de acq.re.do.ſu' q.§ ſ.ſic nō ſunt de bonis.ſz q̄ſi de bonis: ⁊ ideo obligari poſſunt.

¶ Sunt ⁊ quedā que obligari prohibētur fauore religionis qr nec alienari pñt. ¶ Monumentum eñ obligari non pōt vt.C.q̄ res pi.ob.poſ.l.iij. ¶ Nec eccleſie in aut.de nō alie.emphy.§.et qm̄. ¶ Nec ſacra vaſa vel veſtimenta vel ornamēta eccleſiaſtica.vt.C.de ſacroſanct.eccle.ſancimus nemini.niſi iuſtiſſima neceſſitate vrgente.vt.ſ.e.cap.ſ.que ſit iuſta neceſſitas.no.ſ.de rebus.eccl.non alie.et.§.que res ⁊.§.ſe. ¶ Item liberi homis obligatio nulla eſt etiam filij.vt.C.que res pi.ob.poſſ.qui filios.qr in his tm̄ conſiſtit obligatio pignoris que de bonis noſtris facim' obnoxia vt ibi.⁊ creditor qui filium retinet a debito cadit ⁊ tm̄ aliam q̄titatem filio retento vel parentibus eius dare cogitur.vt poſt hoc corporalibus penis ſubijcitur:qr liberā perſonaz pro debito preſumpſit retinere:aut locare aut pignorare:in autē.vt nulli iud.§.qr aūt vel vero ⁊ huius col ix. ergo liber homo ob es alienum ſeruire nō debet.⁊ iō qui aliuz pro alio pignorauerit:idipm quicqd ſit et q̄druplo mihi paſſo reddit:⁊ a iure ſuo cadit vt.C.de ac.⁊ ob.ob es.⁊ autē ibi ſignata.⁊ ſol no in autē.vt nō fiant pig.col.v.etiam ſi hoc conuenerit inter nos q hoies meos poſſis pignorare.⁊ hoc eſt qd dicit autē.ſm pignorationis formā.q.d.ita conuenit: ad hoc.ff.de ar.arbiter intra.⁊ de his.ll facit mentionem infra eo.lator. ¶ Fallit in libero homine ſuſpecto ⁊ male merito:vt.ſ.depoſiti.capitu.ſ. ¶ Uacillante.ff.de queſt.ex libero. ¶ Uel in proprio debito niſi debitor cedat bonis.C.q bonis ce.poſ.l.ſ.infra de ſol.odoardus.vel ſi tanta neceſſitas ducat patrem q filiuz obliget quem vendere poſſet:qd dic vt no.ſupra de contra.em.§.de quibus.ver.pōt tamen pr nā ſi licet vendere multofortius pignori obligare.ff.de le.ſ.ſenatus.§.vl. ¶ Item fallit in redempto ab hoſtibus qui per quinquēniū ſeruire iubetur niſi preciuz reddere poſſit.C.de ca.⁊ poſtli.reuer.l.vlti. ¶ Item in raptore virginis qui ſi fugiat ad eccleſiam reſeruat ei vita:ſed ad ſeruienduz ſubijcitur niſi ſe redimat.vt.xxxvi.qō.ſ.de raptoribus tñ ſm.ll.decapitatur talis quod qualiter intelligi debeat.no.ſ.de immu.ec.§.inq̄tum.verſ.ſi vero maleficium.⁊ ſeq. ¶ Item fallit ſi quis iurauerit tenere hoſtagia.vt.ſ.de iureiurā.ex reſcripto.⁊ de ar.innotuit ⁊ ſic vno modo poſſunt intelligi leges.ff.qui te.ſa.poſ.obſides.et de iure fiſc.diuus. ¶ Sed de alijs obſidib' intelligunt doct. ¶ Dicunt tamen.ll.que videntur loqui de talibus obſidibus:licz quis non ſit in cuſtodia vel vinculis ſed ſub fideiuſſorum ſatiſdatione teneatur: ⁊ dum propter hoc recedere non poteſt ſi captus ſit reſtituitur.ff.ex qui.cau.maio.necnon.§ ſ.ſi ergo hoc de hoſtagiario ius intelligit: intelligas q iuramentum fecit vel fidem dedit: qa hec duo equiparantur .vt no.ſ.de ar.§.qualiter conſtituatur.§.ſed mens.ver.⁊ idez eſt. ¶ Itē impeditur obligatio propter publicā vtilitatem vt in ſeruis aratorijs ⁊ bobus: et inſtrumentis.vt.C.que res pig.ob.poſ.l.an tepe.⁊.vl.⁊ hoc ne illatio tributorū retardet. Quid ergo ſi in terra datur tributum.dicas idez:vt not.ſ.de treu.⁊ pa.§.quot ſint ſpecies ver.Item canonica.⁊.§.ſeq.⁊.ſ.de peregr.§.

et quo priuilegio.ver.hoc tñ adde ⁊ ſequẽt. ¶ Item ſpes premiorum, obligari non poteſt.vt.C.que res pig.ob.poſ.ſpẽ.ſed in cauſa iudicati capi pñt premia:vt ſic exequatur ſnia ſi debitor aliud non hꝫ.C.de exec.rei iu.ſtipendia.ꝭ.de fideiuſ.c.ij.⁊.iij.ff.de re iud.cõmodis.¶ Si quis aũt res ſuas obligauerit: et de preſentibus ⁊ futuris ſenſiſſe preſumit ꝗuis hoc non exprimatur.vt.C.q̃ res pi.ob.poſ.l.vlti.ſed videtur exceptum oẽ id qđ ſpecialiter obligaturus non erat.vt puta veſtis ſuppellectilia mancipia que in vſu habebat et ſimilia.C.que res pi.ob.poſ.l.j.ff.e.obligatione.⁊.l.deniꝗ.¶ Sed ⁊ ſeruus obligando oia bona dñi ipſo ſciente obligatus videtur ff.co.paulus reſpondit.§.vl.⁊ qui obligat inſtrumẽta ⁊ de agris qui ibi continentur ſenſiſſe vr.C.q̃ res pig.ob.poſ.l.ij.pignoratitia vero nõ naſcitur:niſi demum re tradita creditori.inſti.qui.mo.re contra.ob.§.vlt.

7 Que actio inde naſcatur. † cui detur ⁊ contra quem quo ordine. Et dat actio hypothecaria creditori ⁊ eius heredi. que ⁊ quaſi ſeruiana vocatur:vt.ſ.dixi.⁊ datur contra quemlibet poſſeſſorem pignoris: cum ipſa ſit in rem vnde ⁊ cõtra emptorẽ datur.ff.de pig.C.e.pignoris.⁊.l.debitoreſ.⁊.C.de diſtra.pi.ſi debitor.ff.de pi.ac.ſi cõuenerit §.ſi fundus.⁊ nudam aduocat poſſeſſioneꝫ: hec actio.ff.de euic.ſi cum vẽditor.¶ Habet aũt electionem creditor vtruꝫ agat perſonaliter cõtra debitorẽ vel hypo.cõtra poſſidẽtẽ ſm iura.C.vt.C.de diſtra.⁊.l.perſecutione.ſꝫ hodie primo conueniendi ſunt debitores:fideiuſſores:mandatores:⁊ ſponſores anteꝗ̃ perueniatur ad pignoꝝ poſſeſſores:vt.C.de acti.⁊ ob.hodie.⁊ in autẽti.de fideiuſ.§.neqꝫ.col.j.¶ Dixerunt tñ quidam illud corrigi ꝑ aliud autẽt.de liti.ad hoc.c.viij.¶ Alij dicũt ꝙ ſi poſſeſſor habeat cãm a debitore:tũc habet creditor electionẽ vt in aut.de liti.ſi ab extraneo hõ hꝫ electionẽ. Imo tunc hꝫ locum aut.de fideiuſ. Sed certe factũ debitoris poſſeſſori non nocere dꝫ.ff.de doli exce.apud celſum.§.ſi qs aũt.vñ dic ꝙ aut.de liti.loquitur qñ debitor li.cõteſt. ſup hypothecaria rem obligatã alienat ꝗuis eñ nõ fiat res litigioſa ꝑ hypothecariam.Fecit tñ creditor ꝯdõnẽ ſuã meliorẽ ꝑ factuꝫ debitoris alienantis in hoc ꝙ electionem habebit ſm Azo.vel diſt. vtruꝫ poſſeſſor habeat titulũ lucratiuũ:⁊ tũc hꝫ creditor electionem vel onerosum ⁊ tunc ſi fuit fraudis conſcius.ſ.quia ſciebat rẽ alij obligatam.idem vt pridem quod ſi bonam fidem habet tunc ob.creditori exceptio quouſꝗ egerit contra debitorem ⁊ fideiuſſores et mãdatores:ſed poſtea agi põt cõtra pignorum poſſeſſores nec di.vtrum li.ꝯteſ.alienauerit debitor.qꝛ dicit aut.de liti.ꝙ lꝫ debitori res vendere.cui ⁊ qñ voluerit.ergo loquit etiam vbi lis non eſt conteſta.

8 Et ad quid. † Ad res obligatas licet earum forma mutata ſit. ſcꝫ in vineam vel hortum:vel aream: ſed bone fidei poſſeſſor ſumptus in edificando factos per exce.retinet ad hoc.ꝭ.de deci.cõmiſſum.ff.co.ſi fundus.§.ſi res.⁊.l.paulus.§.domus.Idem in eo qđ accreuit per alluuioneꝫ vt.ff.e.ſi fundus.rñſ.j. ¶ Item ad acceſſiões fructuum per tuũ ſi tñ apud creditorem ꝯceperit.ff.co.paulus.rñ.j.⁊.§.j.⁊ idem de pign. ac ſi cõuenerit.§.ſi fundus.¶ Idem dici põt in fructibus ſatis ſeu ſeminatis eo tꝑe quo obligatio facta fuit:dicũtur eñ fructus dñi etiam anꝗ̃ percipiantur:qꝛ pars fundi ſunt ff.co.et q̃ modum.hoc locum hꝫ qñ vſufructuarius obligauit alius ſi proprietariꝰ niſi nominatim conueniſſent:vt innuit hoc eadẽ l.j.ff.de pi.ac ſi cõuenerit.ij.§ pe.exceptio qđ dr in.l.in predijs.ſ.allegata.⁊ eſt ibi rõ ſpalitatis in promptu.⁊ rõ dñij ſiue proprietatis ſic contra.de feu.c.j.⁊ ad hoc.ff.e.l.j.§.cũ ꝑdium.ſed ſm Azo.ſemper intelligũtur obligati ergo pro fructibus ſeminatis per bone fidei poſſeſſorem inꝗ̃tum dñs non tranſtulit rem dabit mihi hec actio niſi cõſumpti ſint. ff.e.l.j.§.cum predium.⁊ in qui.cau.pi.ta.ꝭ. in predijs.¶ Datur ⁊ ad gregem ꝗuis renouatum.ff.eod.grege.rñ.j.§ obligato tñ ſeruo non vr peculium obligatum.ff.e.l.j.§.ſeruo.

9 Quando efficaciter intentetur.† Admonito debitore vt ſoluat.C.e.debitores.hoc ſi dies debiti ceſſit ⁊ venit al's repellitur niſi iuſta cã ad hoc procedat: vt qa poſſeſſor putabatur receſſurus:nã ⁊ debitor fugiens retineri põt.ff.de his que in fraudẽ cre.ait pretor.§.ſi debitorem. ¶ Sed ⁊ ſi debitum purum ſit hypotheca ꝯditionalis nõ intentatur.niſi forte ad hoc vt caueat de reſtituenda cõditione exiſtẽte.ff.eo.grege.§ penul.⁊.l.queſitũ eſt.¶ Et ꝗdiu vnꝰ denarius remanet ad ſoluẽdum pignus nihilominus remanet obligatum.ff.e.qui plures.C de diſtra.pi.ꝗdiu.ideoꝗ creditore poſſidente nõ dat pignoratitia debitori niſi ois ſolutio fcã ſit vel al's ſatiſfactũ.vt.ff.de pi.ac.ſi rẽ alienã §.ois pecunia.ſed ſufficit oblatio in iudicio fcã dũmõ depoſitio ⁊ cõſignatio ſecuta ſit.C. de vſur.acceptã.ff.de admi.tu.tutor q̃ tutela §.vl.C.de pi.act.quominꝰ.⁊.l.nec creditores ¶ Hec ãt pignoratit.dat debitori oi illi q̃ pignori obliga.ꝑt.dũmõ obligauerit:qđ dic vt no.ſ.e.§.qs poſſit.¶ Quinimo ⁊ ꝑdoni dat.ff e.ſi rẽ.§.is q̃.⁊.l.ſi pignore.§.ſi ꝑdo.¶ Dat ⁊ tutori ⁊ curato.ſi obligatio decreto iteruenit

te facta ſit.ff.de pig.ac.tutor.⁊.C.de admi.tu.
lex.¶ Item ꝓcuratori qui obligauit de ſpāli
mādato vel gñali ſi dñs ꝯſueuerat taliter ꝯ-
here.ff.de pig.act.ſolutū.§.vl.⁊.l.vniuerſoꝝ.
¶ Sed ꝓcurator meꝰ ſi pignꝰ receperit poſt
ſatiſfactionē ſibi factā: pignoratitia cōueni-
tur.ff.e. ſolutū.§.vl.¶ Et intētaṫ ad hoc pi-
gnoratitia vt creditori reſtituat: vel poſſeſſio
nem pignoris corporalē que apud eū fuerit.
C.de pi.l.pe.⁊.ff.de pi.ac.cū ⁊ ſortis.§.vl.et.l.
debitor.§.vl.⁊ hoc nec deterioratam nec aliȷ̇
obligatam.ff.de pig.act.ſi venderet.§.vlt.⁊.l.
ſequē.C.de.pi.act.l.ij.¶ Sed ſumptus bona
fide factos deducere pōt niſi ſint immodera-
ti.hec igiṫ a iudice erunt inſpiciēda vt neq̄
nimis oneroſus creditor neq̄ nimis delicatꝰ
debitor audiaṫ. ff.de pig.ac. ſi neceſſarias.⁊
l.ſi ſeruos pignoratos.in fi.¶ Item acceſſio
nes ⁊ fructus ⁊ qđ per alluuionē accreuit re
ſtituendū eſt: vt.ſ̄.de pi. ac. ſi conuenerit.§.ſi
nuda.¶ Et ſoluta pecunia extinguitur obli
gatio in perſonā creditoris ⁊ eius cui pignꝰ
obligauit.ff.de pi. ac. ſi debitor.§.vl.¶ Quā
uis aūt creditor neceſſe habeat ꝓbare amiſ-
ſionē pignoris non tñ tenetur ꝓbare qđ ſine
dolo ſuo vel culpa amiſſum ſit: q2 nec pōt: er
go debitor hoc ꝓbet ſi vult qđ alius ſibi cō-
demneṫ.C.de pi.ac.ſi creditor.⁊.l.ſi nulla. ff.
de ꝓb.quoties.§.q̄ dolo. nec obſt. ff. loc.ſi q̄s
fundum.§.imperator.q2 probat qđ ſine dolo
amiſerit eo ipſo ꝙ nō ꝓbaṫ: ꝯ ſic captariꝰ ꝓ-
bans latrones abegiſſe: captas hoc ipſo nō
probaṫ: ꝙ ipē ꝯſenſerit a fraude excuſaṫ. C.
qui mili.nō poſ. l.vl.li. xij.nec teneṫ creditor
de fortuitis caſibꝰ: vt dixi.ſ̄.¶ Illud aūt cer
tum eſt ꝙ fructꝰ ſortē attenuāt vnde non pōt
pignus obligari aliȷ̇ creditori a primo credi
tore vltra ſummā quā ibi hꝫ.vt.ſ.e.cum ꝯ.C.
ſi pignus pignori da.ſit.l.j.⁊.ij.⁊. ff.e.ti.l.gre
ge.§.cum pignori.¶ Sed qua actione repe-
tes pignus a creditore creditoris tui? quidā
dicunt officio iudicis.arg.ſ.e. cū contra.⁊.C.
ſi pi.pi.da.ſit.l.ij.in fi.q2 ſoluta pecunia prior
ius ſecūdi euaneſcit.ff.de pig. ac.debitor.§.
fi.ff.eodem.grege.§.cū pignori.⁊.§.in ſuperfi-
ciarijs.¶ Aliȷ̇ dicunt agendum contra pri-
mum creditorem vt pignus redimat.ff.com-
moda.ſi vt certo.§.nūc videndum.⁊ đ pi.act.
l.petēti.¶ Uel dic qđ is qui obligauit poteſt
intentare rei ven.⁊ heres eius ſi poſſeſſionē
aliqñ adeptus fuit alioquin agēdū eſt peti.
heredi.vt.C.eodem.ti.ſi dominum.ff.de peti.
heredi ꝙ ſi in diem.§.nō ſolum.¶ Si tñ q̄s
fecerit iuramentū vt non petat rem quouſq̄
pecuniam ſoluerit. hoc ſeruare debet verū
ſoluta pecunia quicquid deductis expenſis
perceperit creditor reſtituere cogitur. vt. ſ̄.
de iureiu.ad noſtram.nam fructus percepti

ſemper computanṫ non obſtāte fictitio ꝯctu
vt.ſ.e.illo ideo dico fictitio: q2 ſi pena adijcia
tur que legitimū modū vſuraꝝ excedat: p̄ſu
mitur ꝯctus vſurarius.⁊ ex quo apparet qđ
creditor vſurariꝰ erat de facili interp̄tamur
contra ipſum ad hoc.ff.de ac.em. ⁊ vē.iul.§.
idē.ff.ad mace.ſꝫ iul.§.qđ dr̄.de le.iij.nūmis.
C.de epi.audi. nemo deinceps. ⁊ ad đ faciat
qđ not.ſ̄.de his que vi me. ve cauſa fiunt.§.
qualr̄ diſtinguatur.⁊ de ꝯhē em.⁊ vē.§.quas-
liter ſub.§.illud aūt ẜ.ſe.¶ Sed nūquid cre
ditor tenetur de fructibus ꝑcipiēdis? ita vṙ
exp̄ſſum.C.de pi.ac.l.ij.⁊ de partu pig.l.ij.er
go ſi nō locauerit fundum vel domū vṙ ei im
putandum.ar.ſ.e.ſignificāte.¶ Sed ꝯtra q2
nō inuenio decretalē que hoc dicat exp̄ſſim:
vt ptꝫ in ſuperioribꝰ.⁊.ſ.de vſur.c.j.⁊.c.qm̄.⁊
c.conqueſtus.que dicūt ipm̄ tm̄ teneri de ꝑ-
ceptis neceſſarijs tñ expēſis deductis: q2 fru
ctus is intelligitur qui ſupereſt deductis ex
penſis: vt.C.de fruc.⁊ li.expen.l.j.ideo etiam
male fidei poſſeſſor expēſas ip̄as deducit q̄s
fecit gr̄a querēdoꝝ colligēdoꝝ ⁊ ꝯſeruādorū
fructuū.vt.C.de pe.here.l.ſi a dño.§.vl.⁊ cer-
te improbe exigit debitor fructꝰ ꝓuenientes
ex artificio acquiſito ſumptu creditoris.ff.de
rei ven.ceterum. ⁊ pro hac via videṫ caſus.
ff.de pig.ac.q̄uis conuenerit.§.vlt. Itē nul-
lus tenetur de percipiendis niſi male fidei
poſſeſſor.vt not.C.de rei vē.certum.ſ̄.de reſt.
ſpo.grauis.ff.de rei ven.ſi nauis. ⁊.l.fructꝰ.
⁊ de pet.here.item veniunt.§.ſi poſſeſſor.⁊.§.
fin.et.l.ſe.⁊.l.ſed ſi lege.§.ſi ante lit. Item ita
haberet neceſſe colere vellet nollet: quod nō
eſt dicendum q2 nec debitor ei libenter red-
deret boues ſi amitteret: ergo non dꝫ ab eo
exigere quod colat ſuo periculo ⁊ fructꝰ red
dat.arg.C.de ſol.l.pe.ff.de dam. infect. q̄ bo-
na.ſ̄.ſi quis.q2 nec tenetur colere niſi per ſpe
ciale pactum.arg.ff.loc.⁊ con.ea.l.C.de allu.
l.vl.nec etiā male fidei poſſeſſor cum titulo te
netur de percipiendis: vt.C.de rei ven.ſi fun-
dum.¶ Solutio dicas qđ non imputatur ſi
non coluit: niſi forte hoc feciſſet in fraudem
2 tus. ¶ †Sed que ratio quare ſeru⁹ ſequat̄ ventrem: q̄ ſm naturā q̄dlibet agens ſubiecto dʒ dominari. ⁊ apoſtolus dicit q̄ ois aīa dʒ ſubeſſe ſuperiori. ṡ. de cenſib⁹. ois aīa. vñ ⁊ mulier ſubiecta eſt viro tanq̄ ſupiori ⁊ capiti: vt. xxxiij. q. v. mulierē. ⁊. c. cū apud. iō p̄tus dʒ ſequi conditionem patris tanq̄ dñi ⁊ tanq̄ dignioris ⁊ non matris nā ⁊ ſm phiſicos ſemē hominis dignius eſt: ⁊ magis operatur in gñatiōe q̄ ſemē mulieris ergo hoc eſt ꝯ naturā ⁊ ꝯ ius ſicut obiecit mihi magiſter raymund⁹ phiſicus. ¶ Rñ. lʒ vir ponat ſemē pro maiori parte vel magis operet̄: tñ mater nutrit ⁊ in vētre viuificat̄ partus: vñ fructus ſequitur terrā ſiue ſit libera ſiue ſerua. ⁊ ei⁹ dñi ſit. rō eñ nō patit̄ alterius effici arborē q̄ illi⁹ in cuius fundū radices egit: vt inſt. de rerū diui. §. ſi titi⁹. ⁊. §. q̄ rōne. ⁊. ff. de acq. rerū do. adeo. in fi. ⁊. l. ſe. nec mirū ſi vilius ad ſe digni⁹ trahit ⁊ ei dominet̄: q̄ modicum fermenti totā maſſam corrūpit. ṡ. de offi. deleg. ſup q̄nū. §. ſi vero duo. ꝯ. ṡ. de cō. ec. vel alta. q̄ in dubijs. ⁊ adeo pt⁹ vētrē ſeq̄tur. q̄d ſm ꝯſuetudinē gnalē aliquarū regionum dñi matrū filios natos p̄ ſuis petūt ſecus de legitimis. ff. de ſta. ho. cuʒ legitie. ⁊. l. lex nature. niſi cā ſeruitutis aliud ꝯtingat: vt dixi. ṡ. ti. j. ⁊ q̄ bona ſit ſimilitudo de fundo ⁊ de ventre. vide. lxj. di. naſci.

3 Et in †quib⁹ caſibus filij nati ex libero ventre redigant̄ in ſeruitutē. Si fuerit fili⁹ ſacerdotis: vt. xv. q. fi. cum multe. ¶ Itē q̄ ſarracenis adminiſtrāt arma capiētium ſerui fiūt: vt. j. de iudeis. ita quorundā. ¶ Itē q̄ eiſdē vendūt galeas vel naues. j. de iudeis ad liberandā. ¶ Itē ſi maior. xxv. annis vendat ſe ad participandū preciū q̄d dic vt not. ṡ. de ſer. nō or. §. qualr̄ liber ſeru⁹ fiat. ¶ Item eſt ſeruit⁹ de iure naturali inuēta. ſ. pacti: vt. xxxv. di. ſexto die. ¶ Extra ſummā
4 no. † q̄ eccl'a que libertatē tueri dʒ: eā impugnare nō dʒ: vt hic dicit l fi. ſimile. ṡ. de reſtitu. ſpo. conquerēte. ⁊. ff. de euic. vēdicāte. ⁊. ff. de cōdi. inde. frater a fratre. ⁊ ſi ſerui. vendi. alicuius. ⁊. xxvij. di. vna tm̄. ⁊. xxv. di. c. vlt ⁊ xj. q. j. ſilueſter. ⁊. ff. de fideiuſ. tutor. ⁊ de reſcriptis. nōnulli. ⁊. j. de accu. qualr̄. j. fallit in marito qui alios prohibere dʒ ab vxore: ſed nō ſeipſum. ¶ Item contra. iij. q̄. vj. quamuis.

¶ De agricolis. Rubric.

1 Agricolarum multe ſunt ſpecies.
2 Dr̄ia q̄ſi nulla eſt iter aſcriptitios ⁊ ſeruos.
3 Cenſitus nomen quomodo accipiatur.
4 Cōſuetudo que eſt in aliq̄bus caſtris ⁊ locis q̄ ſi ruſticus decedat ſine filio vel alio deſcēdēti dñs totū occupet iure peculij an valeat.

HIc fecimus mētionē de duobus generib⁹ hoim. ſ. de ſeruis ⁊ liberis: ſʒ ſunt agricole. ſ. agrū colētes. q̄ nomē cū gñal

ſit multas ſpēs cōtinet ſub ſe
1 qꝛ agricolaꝝ. ¶ † Aliꝗ aſcripti
tiꝗ. ¶ Aliꝗ cenſiti. ¶ Aliꝗ ꝑpe-
tui. ¶ Aliꝗ coloni conditiona-
les. ¶ Aliꝗ inq̄lini. ¶ Aliꝗ ori-
ginarꝗ. ¶ Aliꝗ ſimplices colo
ni. ¶ Aliꝗ aſcriptitꝗ. i. per ſcri
pturam ſolo ſiue terre glebe a
aſcripti. i. aſtricti. Fides autē
fieri hꝫ de hoc genere ex dua-
bus ſpeciebus obligationū. ſ.
tam ſcripture ꝙ̄ profeſſionis
vel depoſitiōis apud acta: nec 3
ſcriptura ſola ſufficit. melius
eſt enim ex pluribꝰ cauſis oſtē
di conditionem: ⁊ non ſolū ꝓ-
feſſionibꝰ neqꝫ ſcripturis ho-
mines forte liberos ad deterio
rem trahi conditionē. vt. C. de
agri. ⁊ cēſi. cū ſancimꝰ. ſic ergo
ſit vna ſcriptura in qua ꝓmit
tunt dn̄o ſoli ſe nunꝙ̄ a ſolo di
ſcedere. ⁊ ex illa aſcriptitiꝰ cō-
ſtituitur ſed tn̄ per eam ſolam
aſcriptitius nō probatur imo
alia eſt ſcriptura neceſſaria in
qua cōfiteatur ſe eſſe aſcripti-
tiū. ⁊ ſic habes ꝙ ex iſtis dua-
bus ſcripturis probaꝛ ſic ſc̄da
confeſſio efficaciam preſtat. C.
ad velł. ſi mulier. ⁊ de plus pe
2 ti. l. vnica. ¶ † Eſt aūt ſciendū
qđ inter aſcriptitios ⁊ ſeruos
pene nulla eſt dr̄ia: vt. C. de
agri. ⁊ cēſi. diutius. pene ideo
dixit: qꝛ ſeruus pōt vēdi cum
peculio: vt ibi ſed aſcriptitius
nunꝙ̄ ſine ſolo: vt. C. de agri. ⁊
cen. l. ꝗ. ¶ Itē aſcriptitꝗ etiā ꝯ
dn̄i voluntatē in poſſeſſionibꝰ
in q̄bus aſcripti ſunt ordinari
pn̄t: vt in auť. de ſanc. epi. §.
aſcriptitios. ſerui non vt no. ſ.
de ſer. or. ¶ Item aſcriptitꝗ ⁊
ſciente ⁊ tacēte dn̄o contrahūt
matrimoniū: nec cōditione li-
berantur: vt. C. de agri. ⁊ cē. l.
vlti. lib. xi. ¶ Serui vͦo ſi ſciēte
dn̄o ꝯhāt liberi efficiunꝛ: vt in
auť. de nup. §. ſi vero ab initio.
hoc ſm̄ leges. nā ſm̄ ca. vterqꝫ
etiā ꝯ volūtatē dn̄i ꝯhit: ꝙ dic
vt not. ſ. tit. j. §. j. et in ſi. ¶ Aliꝗ
cenſiti id eſt a cēſibꝰ aſcripti:
vt. C. in quibus cauſis coloni.
l. ꝗ. et hi eodem modo conſti-
tuūtur quo ⁊ aſcriptitꝗ. eſt tn̄
differentia ſed non certa: vnde

a ¶ Nunq̄d
tales teſta
ri poſſunt.
adde ſpe-
cu. in ti. de
inſtru. edi.
in. §. cōpē-
dioſe. ver.
v. ⁊. verſi.
ſe. et per
Joan. de
ana. in. c.
multorū
de iudeis.

quidam dicūt ꝙ cēſitus eſt ille q̄ eſt ex aſcri-
ptitio natus: ſed azo dixit illū eſſe cēſitum q̄
rei certe annuatim preſtāde obligatꝰ eſt: vt
C. in q̄bꝰ cau. coloni cēſiti. l. ꝗ. ¶ Verū aſcri-
ptitius eſt ad rem incertā obligatꝰ: puta ter
tiam vel quartam partē fructuū vel mediā
ꝓut dn̄s legerit. ¶ Et nūq̄d tales teſtari poſ
a ſunt. [a] quidā dicunt qđ nō conſerui dicanꝛ:
vt. C. de agri. ⁊ cen. ne diutius. ⁊. l. quēadmo-
dū. Azo dixit qđ inter ſeruos pn̄t. i. inter eos
qui ſunt de familia. ſua ſꝫ nō inter alienos.
argu. C. de hereti. ⁊ manich. cognouimus. et
3 de inceſtis ⁊ inutilibꝰ nuptꝗs. ſi q̄s. ¶ † Et
eſt ſciendum qđ hoc nomen cenſitus aliq̄n
large accipitur. vnde etiam aſcriptitios cō-
prehēdit: vt. C. de agri. ⁊ cē. dn̄s aliq̄n ſtricte:
vt. C. in q̄bꝰ cauſis coloni cēſiti. do. l. ꝗ. ſicut ⁊
ſ. expoſuimus. ¶ Aliꝗ ꝑpetui. ſ. quos ꝓditor
ſtudioſus diligens ſuo colonatui perpetuo
acquiſiuit: erat eñ ſtatutū antiquitus ꝙ mi
ſeris ⁊ vilibus ꝑſonis redditꝰ certi ex publi-
co aſſignarentur tp̄e famis. ⁊ tunc qui validi
erant ſimulātes corporis miſeriā ⁊ inertiā ⁊
debilitatē partē reddituū ꝑcipiebāt. ⁊ ſic ve
ris miſeris prebendā ſuā diminuebāt quos
vulgo italici ſpaualgos vocāt. nos harlotos
ſiue ribaldos. hos ergo ꝓditor ſtudioſus ſed
diligens inq̄ſitor ſimulationē in publicū du
xerit ⁊ prodiderit ſi liberti erantqꝫ talia fin-
gebant in ſuo ꝑpetuo habebat colonatu. ſi
ſerui primus dn̄s eis carebat. ⁊ ꝓditori aſſi-
gnabanꝛ: vt. C. de mēdi. validis. l. vnica. §. in-
cipit ꝯctis. lib. xi. Sed hoc totū vꝛ correctum
fore ꝑ auť. de queſtore. q̄ ſerui dn̄is ſuis ſunt
reddēdi liberi in opus publicū dādi vel dic
ꝙ lex antiqua loquiꝛ de ſimulationibꝰ. auť.
vͦo de nō ſimulātibꝰ: qꝛ a diſpēſatore ſepe va
lidi cū inualidis ad elemoſynā admittunꝛ:
ſed cum hi ſimulatores tā grauiter punian-
tur. Quid iuris putas eſſe de occupantibus
plura bn̄ficia in ꝑiudiciū pauperū clericoꝝ:
vt. ſ. de pb̄ē. qꝛ itm̄. ⁊ de reſcrip. ad aures. dic
vt no. ſ. de reſcrip. §. que pn̄t obꝗci. ſub. §. ſed
q̄uo intelligimus. ver. paup. ⁊ ſeq. ¶ Aliꝗ co
loni cōditionales: q̄ cōſtituunꝛ hoc ſolo ꝙ ꝑ
xxx. annos in ſolo ſine ꝯtrouerſia fuerint: vt
C. de agri. ⁊ cen. cū ſatis. ⁊ hec ꝯſuetudo eſt
bona ſm̄ Azo. hoc etiā in certis rebus locū
hꝫ. vt. C. de ꝑſcri. xxx. annoꝝ. ſi q̄s emptiōis.
¶ Sed azo ꝯdicit qꝛ nō ex vna ſola cā ſed ex
pluribus cauſis liberi hoīes ad deteriorem
conditionē ſunt trahēdi. vt. C. de agri. ⁊ cen-
ſi. cū ſancimꝰ. et dixi. ſ. vͦ. aliꝗ aſcriptitꝗ. ⁊ iō
neceſſe eſt ꝙ ꝑcedat ꝓmiſſio in ſcriptis vel ſi
ne ſcrip. ꝙ perpetuo iure colonie ſe in fundo
fore ꝓmittāt. ⁊ poſtea ꝑ. xxx. annos ibi ꝑma-
neant: alˀs tp̄s non eſſet modus tollēde obli-
gatiōis: multo minꝰ īducēde. ar. ff. de actio. ⁊

ob.l.obligationū.tū prior inſa vt ꝯfirmari.ſ. de iudeis.c.i.§.i.⁊.ꝫ.de immu.ec.c.iij. ¶ Hos quidam putāt eſſe aſcriptitios cōditionales quib⁹ obuiat lex.C.de epali audi.l.nemini.⁊ ꝓpter aliud dixerūt falſum qꝛ colonus tpis trāſcurſu liberari pōt.vt.C.de agri. ⁊ cenſi. cū ſancimus. aſcriptitius minime:vt.C.e.ti. cū ſatis.Itē colonus cōditionē ſuā non mutat:⁊ ſi ſolo ſit aſcript⁹: vt.e.l.cum ſatis.ſed aſcriptitius bene mutat:vt eo.ti.ne diutius. ¶ Aliū ſunt inquilini:ſed ſm quoſdam inter inquilinū ⁊ colonū nulla eſt differētia.ar.ꝑ eis.C.de agri.et cenſi.diffinimus. Azo ſꝫ: qꝛ ꝓprie colon⁹ cōditionalis eſt q̄ cū ſua familia in fundo inhabitat nec a fundo recedere pōt.inquilinus vo eſt qui ⁊ ſi i fundo teneaꝛ in ſuburbio tū cōmoratur et in eo minus eſt aſtrictus ꝙ in aliqua parte ſuburbij domū conducēdo inhabitare poſſit.hoc eīn colono non licet. ¶ Aliij originarij ſcꝫ q̄ ex colono et cōditionali naſcunꝛ.⁊ ſm quoſdā in ipſo ſolo aliter eīn nō eſſet originalis. vt. C.de agri et cenſi.cū ſatis.§.caueant. ſed ſi hoc verū eſſet colon⁹ dn̄m ſua prole defraudare poſſet ducendo vxorē ad alia loca tpe pariēdi. vñ dixit Azo.ꝙ ſiue in fundo ſiue alibi naſcantur ad ſolū tanq̄ originarij ꝓpria vel p̄ſidis autoritate ſunt reducēdi.nā ſufficit ꝙ pater terram alicuius ſuſceperit colendā: vt eo.l.cū ſatis.⁊ ꝙ ibi dicit ſi in fundo fuerit nat⁹ ſub audiēdū eſt maxie. ¶ Aliij ſimplices.ſ. q̄ ſub certa annua mercede in pecunia numerata predia colenda accipiūt aliter eīn ſine pecunia non eſſet locatio.ff.depoſiti.l.i.ſi quis ſeruum. ¶ Et horū quidā ſunt partionarij.q̄dā ad nummū cōducti qui ſunt partionarij etiā fructib⁹ a ſolo ſeparatis ſed in eis nullū ius habēt:vnde nec furti agent:ſed dn̄m ad agēdum per actionē ex conducto cōpellere pn̄t:vt ff.locati.cū in plures. ¶ Si vero ad nummū cōducti ſtatim fructus vt a ſolo fuerint ſeparati vſufructuarij intelligunꝛ facti dn̄i : vt ff.de fur.ſi a pe.⁊ intellige ad nūmū cōducti ſcꝫ qꝛ dn̄o fundi certā pecuniā reddūt nō do minus eis.⁊ de his ſpeciéb⁹ ſiue generibus hominū loquiꝛ.ſ.de iudeis.c.multoꝝ.§.i⁊.ij. ¶ Quāuis aūt genera hominū ſic diuerſificentur : tū cōſuetudo cuiuſlibet terre attendēda eſt⁊ ſm eā ſunt iudicādi:nec certa regula tradi poſſet:cū in quibuſdā regionib⁹ partim naturā aſcriptitioꝝ:partim alterutroꝝ ſuperioꝝ ſortianꝛ, ⁊ ideo magis ibi faciēt ꝓuinciales ſi eis cōſuetudo ſua ſpecialis ſeruetꝛ:vt.ff.de offi. procōſul.ſi in aliq̄.nec vna eīn ꝯſuetudo alteri⁹ loci ꝯſuetudine ſubuertēda erit.xij. di.illud breuiter.ſed tū in dubio ſemper pro libertate iudicare debetis: vt.ꝫ. de ſenten.⁊ re iudi.c.vlti.xij.q.ij.cum redemptor.ſ.eo.c.vnico.ꝫ.ti.i.licet. ⁊.ff.de alie.mutan.iudi.cauſa facta.l.iij.⁊ de re.iur.libertas ¶ Quid aūt de ꝯſuetudine que eſt in caſtris ⁊ locis aliq̄b⁹.q̄ ſi ruſticus decedat ſine filio vel alio deſcēdenti dn̄s totū occupat iure peculij.dico ipſam ſeruandā ſi preſcripta ſit: qꝛ ⁊ iudeis ꝓpter loci ꝯſuetudinē habēt ſub ſuo dn̄io chriſtianos:vt no.ſ.de iude.ſub Rubrica.de ſeruis iudeoꝝ ⁊ ſarracenoꝝ:cū hoc ꝓhibeaꝛ in clericis ſpāliter de laicis vꝛ conceſſum.arg.ff.de ſucceſ.ab inteſta.c.ij.poteſt eīn dn̄s allegare ꝙ ab initio hoc pacto fuerint ſic caſſati.ad q̄d probandū inducet conſuetudinē que optima eſt legū ⁊ dubioꝝ interpres.ſic.ꝫ.de cōſue.cū dilectus.ff.de vſur. cum in rem verſo.⁊ vide ſuper hoc q̄d not.ꝫ. de cenſi.§. quis cenſus. et ad hoc in leuitico xxv.c.Ubi dicit terra quoq̄ nō vēdeꝛ in perpetuū qꝛ mea eſt: ⁊ vos aduene ⁊ coloni mei eſtis:⁊ vide ſuper hoc quod no.ſupra de cenſi.§.qui cenſus.

¶ De cognatione ſpirituali. Rubri.

1 Cognatio ſpirituaꝛ q̄d ſit.Et quot ſint eius ſpecies.2.Et qualiter contrahaꝛ.
4 Effectus cognationis ſpiritualis quis ſit.
5 Cognatio ſpiritualis non egreditur perſonas illas cum quibus contrahitur vel contrahi intelligitur.
6 Conſuetudo approbata per papam poteſt inducere impedimentum ⁊ remouere in his in quibus papa poſſet.
7 Cōmatres duas an aliquis poſſit habere.
8 Laicus ſi baptizauit puellā tpe neceſſitatis an poſſit eam habere in vxorem.
9 Filius ſacerdotis qui baptizauit puellā an poſſit contrahere cum ea.

Tractaturus magiſter de quodam impedimēto matrimonij.ſcilicet cō ſanguinitatis q̄ triplex eſt. ſcꝫ ſpiritualis de qua tractatur hic. et.xxx. queſtione iij.per totum. legalis de qua tractatur.ſ.titulo primo.et.xxxij.queſtione.ij. Item carnalis de qua tractatur.ſ. de conſanguinita. ⁊ affinitate.⁊.xxxv queſtionē.vj.per totum. premittit hic de ſpirituali tanq̄ de digniori: quia ſpiritualia digniora ſunt vt not. ꝫ. de maio. ⁊ obedien.§.quis cui eam preſtaret in qua videndum ¶ Quid ſit cognatio ſpiritualis. ¶ Quot eius ſpecies. ¶ Qualiter contrahatur. ¶ Quis ſit effectus cuiuſlibet ſpeciei. ¶ Et an aliquis poſſit habere duas commatres.

1 Quid † ſit cognatio ſpiritualis.[a] Et quidē propinquitas proueniēs ex ſacri dationevt in baptizāte.vel ad id.ſ.sacrm detentiōe:vt patrino et filio eius carnali qui ex hac detētione fit frater ſpūalis filioli patris carnalis vt apparet in ſequētib⁹.et tangunt hic tres ſpecies ſequētes que impediunt et dirimūt.vnde verſus. ¶ Dirimunt frater.ſ.e.c.ſ.et.iij.et.c.veniens cōpater.ſ.eo.martinus.atq; pater.xxx.q.iij.c.ſ.et.iij.

a ¶ Quid ſit cognatio ſpiritualis. Adde do.in rub.eo.tit.

2 Quot † eius ſpēs. Tres q̄ oēs tacte ſunt i deſcriptione. ¶ Prima ꝯpaternitas et attēditur inter ſpūalem patrem pueri et carnalē nā vnus compatrū ſemp eſt pater ſpūalis pueri et alter carnalis. vñ verſus. ¶ Un⁹ ſemper erit cōpatrū ſpiritualis. Alter carnalis nec fallit regula talis.et ex hoc apparet q ſinguli filioli ſingulos patrinos hr̄e debent non plures.vt.xxx.q.iiij.qd̄ aūt.et de cō.di.iiij.i cathecismo.et.c.non plures.quare etiam vir et vxor non debent ſimul tenere:vt ibi et no.ſ.§.fi.ẜ.quid ergo.et eſt rō:q3 l3 vnus debeat tenere ſi plures accedunt vr̄ inter ipſos ꝯhi quaſi quedā affinitas ſpūalis quare videt qd̄ ſine peccato cōmiſceri nō pñt.Itē q3 quot patrinos habet filiola tot maritos amittit.ſi.not.de deſpō.impube.et.§.que ſponſalia quod tamen in aliquibus regionibus male obſeruatur: quod dixi qd̄ ſinguli ſingulos patrinos habere debent intelligas reſpectu batizantis:vel ſuſcipiētis:quia vnicus debet eſſe baptizans et vnicus ſuſcipiens: ſed tamen vterq; eſt patrinus: nam omnes ſuſcipientes patrini ſunt:ſicut et baptizantes: vt probant iura inducta.ſ.eo.§.qs ſit effect⁹.ẜ.effect⁹ aūt ſecunde.et vt.xxx.queſtio.ſ.omnes. ¶ Si ergo baptizans repreſentat patrem ab actu ſuſcipiens matrem a paſſione vel quaſi:q3 ſuſtinet puerum ſacramentum autem loco carnalis copule ſuccedit:ſicut ergo monſtruoſum et impoſſibile eſſet ſi quis diceretur habere plures patres vel matres carnales.ita de ſpūalibus intelligendū eſt. et vide qd̄ not.ſ.de baptiſmo.§.quot eius ſpecies. ¶ Scd̄a dicitur paternitas: et hec attendit inter eū q baptizat et q baptizat:ſiue inter eū q ſuſcipit et ſuſcipit. que poti⁹ maternitas dici deberet.ar.in his que not.ſ.xxi.ẜ.de hac habes.ſ.e.§.qs ſit effect⁹.ver.effect⁹ aūt ſcd̄e. ¶ Tertia dicit fraternitas que attendit inter filiu3 tuum ſpūale3:et filios tuos carnales.de hac.ſ.eo.ſ.qs ſit effectus ver.effectus vero tertie. ¶ Licet aūt he tres ſpēs ſint et non plures tñ ſm Goffr.in baptiſmo nouē ꝓpinquitates ſiue attinētie aliqñ oriunt.et ſunt he. Prima propinquitas oritur inter preſbyterū baptizantem et baptizatū que eſt filiatio. ¶ Scd̄a inter ſacerdotē et patrē baptizati:et hec eſt cōpaternitas. ¶ Tertia iter ſacerdotē et matrē pueri que dr̄ cōmaternitas. ¶ Quarta que eſt inter filios ſacerdotis ſi quos h3 et baptizatum et hec eſt fraternitas.xxx.q.ſ.oēs.et.q.iij.ita. ¶ Quinta inter baptizatū et ſuſcipiētem de baptiſmo.et hec eſt filiatio. ¶ Sexta inter baptizatū et vxorē ſuſcipiētis:et hec ſilr eſt filiatio. ¶ Septia inter baptizatū et filios ſuſcipientis:et eſt fraternitas. ¶ Octaua inter ſuſcipientem et patrem ſuſcepti:et hec eſt compaternitas. ¶ Nona inter ſuſcipientem et matrem ſuſcepti et hec eſt commaternitas. cōprobant hec.xxx.q.iij.p totū.et.q.iiij.ſi qs vnus.et.c.ſpūalem.et.c.poſt vxoris.ſ.eo.c.ſ.et c.martinus.et.c.veniens.et.c.tua. ¶ S3 quicquid dicat. aut eſt paternitas ſiue maternitas vel filiatio que cu3 correlatiua ſint eadē ſpecies eſt.nam ſi pater vel mater eſt fili⁹ eſt et ſi filius eſt pater vel mater eſt:aut eſt ꝯpaternitas.et ſic ſunt tres ſpecies tantū:ad quarum alteram oēs dicte ꝓpinquitates ſiue attinentie reducuntur.

3 Qualiter † cōtrahatur. Patet ex premiſſis quod baptizando et tenendo: vt dixi.ſ.§.ſ.ver.prima. Sed nunquid in alijs ſacramentis contrahitur ſpūalis cognatio: H.dixit qd̄ ſic.nam ſicut ſunt.vij.dona ſpiritus ſancti.ſic.vij. ſunt ſacra:.ſiue baptiſmi dona. et in quolibet ꝯhitur compaternitas ſeu cognatio ſpūalis:vt.xxx.q.ſ.peruenit.ita qd̄ qdlibet impedit mr̄imonium ꝯhendum. et dirimit.ſūt aūt hec. ¶ Primū ſacrati ſalis collatio:de ꝯſ.di.iiij.ex hic. ¶ Scd̄3 auriū et nariū cū ſputo linitio.e.poſtea tāgūt. ¶ Tertium in fronte et pectore crucis ſignatio. eo.poſtea ſignant. ¶ Quartū olei ſacri.vnctio.

e.deniq̄. ¶ Quintū baptiſmi ablutio.c. venit. ¶ Sextū in vertice chriſmatis vnctio. poſtq̄ aſcendit. ¶ Septimū in frōte fixa p̄ epm ꝯfirmatio.c.p̄ſbyteri.⁊ r̄ndebat decr.q̄ ei ꝯdicit. ī.eo.ꝯcto.ꝙ ille filius fuit cōcubine tm̄ q̄ de alio viro eū ſuſceꝑat nō de petro amaſio ſuo al's non eſſet decre. ¶ Alij aūt vt Da. Lau. ⁊ T. dicunt cognationē ſpūalem ꝯhi in trib⁹ ſacr̄is tm̄.ſ.in cathecismo:baptiſmo:⁊ confirmatione.ſ; cognatio ꝯcta in cathecismo preſtat īpedimētū mr̄imonio ꝯhendo.non tn̄ eſt adeo valida vt dirimat iā ꝯctum.vt.ī.eodē. ꝯcto.reſtat ḡ ꝙ ꝑ duo tm̄.ſ.baptiſmū ⁊ cōfirmationē:valide ꝯhaꝛ:vt ar.xxx.q.j.ſi ꝗs filiaſtram.⁊.c.de his ꝗ.et.q.iiij.nō opꝫ. ⁊.c.ſuper quibus.et.ī.eo.ꝑ totū.⁊ ſm hāc opinio. intelligenda ſunt dicta.c.ꝑuenit.⁊ in cathecismo et ī hoc ꝯcordant Hoſ.⁊ Ray. ¶ Si q̄ras q̄re in cathecismo[a] nō ꝯhaꝛ.valida rō in promptu eſt.baptiſm⁹ em̄ ianua eſt et fundamētū oīm ſacroꝝ:vt.xxxij.di.§ verū in fi.⁊.ſ. de p̄ſby.nō bap.c.ij.vn̄ cum cathecismus p̄cedat baptiſmū ſequiꝛ ꝙ nō eſt ſacr̄m:ḡ nō ꝯtrahitur cōpaternitas valida ꝑ cathecismum.

¶ Itē an̄ baptiſmū nō eſt filius eccleſie. nec intrare pōt gl'iam eternā:vt de ꝯſec. diſt.iiij. firmiſſime. ⁊.c.nulla. ḡ nō eſt filius ſpūalis. q̄uo ḡ per euꝫ qui fili⁹ nō eſt ſpūalis ꝯhetur ſpūalis cognatio nullo mō q̄ antea q̄rēda ē perſona q̄ rō:vt.ff.de iure codicillo.quidā referunt.ſ.de deſpō.impub.ad diſſoluendum. ¶ Tertij vt Al.bazi.⁊ Gul.naſo.dicūt ꝙ in his tribus ſacr̄is cathecismo/baptiſmo:ꝯfirmatione ꝯhaꝛ ſpūalis cognatio īpediēs mr̄imoniū in vtroq̄ caſu ⁊ dirimēs.naꝫ hec tria equiparātur de ꝯſecra.di.iiij.in cathecismo. et.xxx.q.iiij.ſi quis vnus.nec ob.ī.e.ꝯcto.q̄ mulier nō tenuit eū in toto cathecismo:ſ; in ſola miſſiōe ſacrati ſalis quo cathecismi initiantur:vt de cōſecra.di.iiij.ſal.celeſtis ſapie vn̄ qđ dicit lr̄a in primo ſacrati ſalis.ꝑabulo.ſubaudi tm̄.et non in toto cathecismo.

¶ Snia da.vr̄ mihi rōnabilior.⁊ ſm ea expones verba.ī.e.ꝯcto q̄ res vix ꝯ.ma.impe.affi.ſubau.ſi tn̄ afferret.⁊ ita qđ vix fit tn̄ fit.ſic.ff. de iudi.vix certis ex cauſis:nō tn̄ ideo mr̄imon.cōtractū ſolueret vt p̄cedit q̄uis ēt ī toto cathecismo tenuiſſet eū em̄ impedimētuꝫ hoc ſurgat ex cōſtitutione eccl.nō eſt dilatādum ſed potius reſtringendū q̄ quos de⁹ cōiunxit hō nō ſeparet.ar.op.xxxiiij.qō.ij.ſi ꝗs cū mr̄e.§.ſc. ¶ Tn̄ q̄ diſſenſio magna eſt et iura hincinde ꝯtria ⁊ fortiſſima ſm diuerſas ꝯſuetudines terre q̄ ſcādalū ḡnaret videreꝛ hoc iudicādum.ar.ſ.de ſepul.certificari.⁊ in his q̄ no.ī.e.§.ꝗs ſit effect⁹.ꝟ.effect⁹ ꝟo tertie et verſ.alij dicūt.vel ꝯſulend⁹ eſſet princeps ſuꝑ h':q̄ noui caſus ⁊ dubitabiles ꝑ eū ſunt terminandi.vt.ſ.de tranſlatio.epiſc.c.j.et.ij.

4 Quis ſit † effect⁹ cuiuſlibet ſpeciei? Effect⁹ prime.ſ.ꝯpaternitatis eſt vt īpediat mr̄imo.ꝯtrahenduꝫ et dirimat iam ꝯctum:ſ; notādum eſt ꝙ ꝯpaternitas iā ſubdiuidiꝛ q̄ alia eſt directa.alia obliqua. Directa eſt cū ego ſuſcipio filiū berthe mulieris vel ipſa meum:nā in hoc caſu ipſa cōmater mea eſt directa.⁊ ego ꝯpater ſuus.⁊ iō inter nos mr̄imoniū ꝯſiſtere nō pōt.vt.ī.e.veniens.⁊.xxx.q.j.ca.j. ¶ Obliq̄ aūt vel indirecta ſeu emergēs eſt.qn̄ vnus coniugum poſtq̄ ſunt vna caro effecti filiū aliorum ꝯiugū ſuſcepit.nā in h' caſu ambo parentes ſuſcepti cōpatres efficiūtur ēt alteri cōiugum qui nō ſuſcepit.⁊ hoc per obliquū mediante.ſ.illo ꝯiuge q̄ ſuſcepit qui vna caro factus eſt illi cōiugi q̄ nō ſuſcepit qm̄ cōicant ſibi cōiuges actiones:vt.xxx.q.iiij.c.j.et.c.ſi ꝗs vnus verbi gr̄a.martin⁹ duxit ī vxorem berthā ⁊ lothari⁹ thebergam:⁊ eam cognouit poſtmodum vero lothari⁹ leuauit de ſacrofonte filiū Martini ⁊ berte in caſu iſto lothario ⁊ berta mortuis martinus.⁊ theberga nō poterunt ꝯhere ſiꝛ:q̄ quondam viuente lothario cuꝫ quo theberga vna caro facta erat. fuit ꝯtracta indirecta cōpaternitas inter hāc thebergam et martinum eius filiuꝫ lothari⁹ tenuit ipſo lothario mediante vt.ī.eo.martin⁹ bertā. ſecus ſi lotharius tenuiſſet filiū martini an̄q̄ vna caro fact⁹ fuiſſꝫ cū theberga.vt no.ī.e.§.⁊ aliquis et ſic directa inſtit. īpedit mr̄imoniū contrahendū ⁊ dirimit iam cōtractuꝫ:⁊ idē facit obliq̄ ſ.poſt carnis copulā:mediante altero ꝯiugū acq̄ſita.vn̄ verſus ¶ Reſpuo q̄ nr̄m cuiuſve leuat mea natū. Ut mea dicatur que mihi carne ſociaꝛ. ¶ Effectus āt ſcđe ſpeciei.ſ.pr̄nitatis ſpūalis īpedit ꝯhēdū.⁊ dirimit iā ꝯctū.⁊ ſic patrin⁹ nūq̄ pōt ducere filiolā in vxoreꝫ nec filiol⁹

a ¶ Quare ī cathecismo. adde c.ꝑ cathecismū.⁊ ibi do. eodeꝫ tit.cap.vj.

mr̃inā vt.xxx.q.j.de eo qđ interrogaſti.ꝛ.xxxiij.
q.ij.ſiqs.cū mr̃e.ꝛ.xxx.q.iij.ita diligere ¶ Ef
fectus vero tertie ſilr̃ impedit ꝛ dirimit.ſ.fra
ternitas ſiue primitas ſpũalis.vt.xxx.q.iij.
ita diligere. ſed ſup hoc articulo varie opi=
niones ꝛ varia iura oliʒ emanauerunt. alia
eñ dicebat filios duorū ↄpatrū poſſe ſil' iūgi
ſiue aň cōpr̃nitatē nati forēt ſiue poſt.vt.xxx
q.iij.ſup quib⁹.alia dicebat hoc verū eſſe de
natis aň cōpr̃nitatē:ſʒ de natis poſt hoc ꝓ=
hibebāt.vt.xxv.q.iij.poſt ſuſceptū. ¶ Sʒ po
ſterius ſm canonicā.prim⁹ tñ in ordie hodie
primus corrigit qꝛ ſiue aň cōpaternitatē na
ſcātur ſiue poſt ſimul pñt coniūgi.excepta il
la perſona qua mediāte vētum eſt ad cōpa=
ternitatē.j.e c.j.ꝛ ſic c.ſup quib⁹ qđ dʒ eſſe pa
ſchalis primi lʒ quidā libri habeāt paſcha=
lis ſcđi in ſubſcriptione ſiue inſcriptione cor
rigit.c.poſt ſuſceptū qđ fecit vrban⁹ ſcđs.vt
pʒ.xxx q.ij.ſup quib⁹.ꝛ.c.pitatiū.ꝛ.c.nō opʒ
et.j.e.ſup eo.ꝛ.c.tua nos. ¶ Uel dic qđ prior
corrigit poſteriorē:qꝛ maior nititur rōne. ſic
l.diſt.memor.poſt.c.dño ſancto.in fi.vñ poſte
rior.i.primus poſtpoſit⁹ corrigit poſteriorē.
i.vltimū qui primo ꝓferebat.ꝛ ſic prior erat
in vſu.ſic intelligi pōt.ꝛ exponi.j.e.c j.et ſic.
c.ſuper quib⁹ pōt eſſe paſchalis.ij.vñ ꝛ com
pater licite pōt accipere in vxorē filiā cōpa=
tris vel cōmatris ſue:dūmodo non ſit filiola
ſua lʒ honeſtum eſſet ꝙ a tali cōiugio abſti=
5 neret.vt.xxx.q.iij.illud. ¶ Et ideo no.† ꝙ co=
gnatio ſpũalis ſicut ꝛ cognatio legalis ꝛ pu
blice honeſtatis iuſtitia non egrediūtur pſo
nas illas cū quibus ↄtrahūtur vel contrahi
intelligūtur. quare ꝛ filiā filiole mee potero
ducere in vxorē: cū nuſꝗ inueniatur ꝓhibi=
tum.ꝛ hoc edictū ꝓhibitoriū ſit.ꝛ.ff.de ſpon.
cum apđ ſm da.T.ſʒ ↄ̃.ff.de ritu nup.p ado
ptionē in fi.ꝛ inſti.de nup.§.amitā.tñ conco=
dat.ff.de ritu nup.ſi qua.§.adoptiue. ¶ So.
iter oēs illos ꝗ i poteſtate ſunt prohibentur
nuptie celebrari vſꝗ ad gradum p.l.prohi=
bitum. is eñ qui adoptatur agnaſcit his ꝗ
in poteſtate ſunt.ff.de adoptio.qui i adoptio
ne.ſi ergo pr̃ meus adoptet filiam aliquam
hec ſoror mea eſt:ſed filia ſua non eſt neptis
mea qꝛ remanet in poteſtate patris proprij.
et ſic loquitur.§.adoptiue.ꝛ inſtit.eo §.eius.
ſed ſi aliquis adoptat aliquam neptē nuptā
carnalem in neptē adoptiuā tranſit in ptātē
ſuam.vnde ſi poſtea adoptat aliqueʒ extra=
neum in filiū qui pōt dici auūculus ſiue pa=
truus neptis adoptiue:inter tales nō poteſt
mr̃imoniū ſtare:idē pōt poni in amita ꝛ ma
tertera ꝛ nepote ↄuerſo mō poſito caſu.et ſic
loqͣtur lex p adoptionē.§.amitā. ¶ Sed ꝗ eſt
rō ꝙ non pñt habere amitā vel matertera
adoptiuā ſicut ꝛ ſpũalē:cum ſpũalia fortio=

ra ſint ꝗ carnalia:vt.ſ.de trāſlatio.epi.inter
corporalia qꝛ ſi ita eſt in adoptione: forti⁹ vl
ſaltē pari rōne dʒ eſſe in filiatione ſpũali.vt
xxx.q.iij.ita diligere.vñ in caſu iſto dicit im=
perator ꝙ nihil eſt ꝙ magis poſſit inducere
pr̃nam affectionē ꝛ iuſtā nuptiarū ꝓhibitio
nem ꝗ huius nexus p queʒ deo mediāte ale
patrini ꝛ filiole copulate ſunt.vt.C.de nupt.
ſi quis alūnam.in fi. ¶ Rñdeo/pr̃ acquirit fi
lio tpalia ꝛ ecōtra.ff.de libe.ꝛ poſthu.in ſuis
ꝛ inſti.p quas pſo.nobis acq̃.circa pn. ꝗuis
is cui acquirit non laboret ꝛ tñ laborare poſ
ſet.ſec⁹ in ſpũalib⁹.nā ꝛ ipm regnū dei pro=
prio labore acq̃ri opʒ.vñ etiā filius nō bapti
ʒatus negligens cōtēnens nunꝗ ſaluabit p
baptiſmū pr̃is:opa eñ illorū ſequūtur illos:
ꝗ qui nō laborāt nō māducabūt.ſʒ q̃ egeſta=
tem hʒ de ſe ↄquerit de conſe.di.iiij.cū puulꝰ
ꝛ ſic pʒ quare p vnioneʒ carnis ad vnionem
ſpũs precedentē.i.ad cognationē ſpũalem ꝟ
eſt ad cōpaternitatē vel mr̃nitatē non ptrāſi
tur.ꝗuis pertrāſeatur ad vniōnē carnalꝰ co
gnationis.vt.xxx.q.iij.poſt vxoris.ſicut ꝗ p
ꝓpriū bapti.nō per extraneū quilibet ſalua
tur:ſic p ꝓpriā ſuſceptionē nō extraneā acq̃
ritur cognatio ſpũalis ¶ Itē ſiue aň ↄpr̃ni=
tatē ſiue poſt naſcātur filij coniūgi pñt:niſi ꝺ
illa perſona agatur p quā ventū eſt ad ↄpr̃=
nitatē:vt pʒ ex premiſſis.ꝛ ſic hodie tenendū
eſt:q̃cquid quōdam inter ſe iura diſcrepare
viderētur ſm da.T.ꝛ lʒ cōſuetudo ↄ̃ua poſ=
ſet ipedire mr̃imoniū ↄ̃hendū:nō tñ dirimet
iam ↄ̃tum.ſ.de ſponſa.duorū.lʒ.ꝛ.c.p tuas
ſm Gof. ¶ Alij dicūt ꝙ ēt hodie ſeruāda eſt
ↄſuetudo q̃ ſcandalū induceret niſi ſeruaret
vñ ſi in aliqua terra mr̃imoniū ↄ̃ctum inter
filios duorū cōpatrū poſt cōpaternitatē ge=
nitos induceret errorē in pplo dei maximuʒ
ſcandalū gñaret:ſi ↄ̃ctum remaneret ſeparā
dum eſt:vt.j.c.j.in fi.ꝛ.c.ſup eo.ver.ceteruʒ.ꝛ
ver.itaqꝫ.nec ob.ꝙ poſſet opponi ꝙ mr̃imo.
fuit inſtitutū in paradiſo ꝛ a dño.vt no.ſ.de
mr̃imonijs.§.vbi legit xxvj.di.deinde oppo=
nitur.q̃s deus ↄiunxit/hō nō ſepet.vt.xxxiij.
q.ij.quos de⁹. qꝛ ex quo papa hoc approbat
vt in dictis decret.ita debem⁹ tenere.vt.xix.
di.in memoriā.ꝛ.c.di.cōtra morē.ꝛ.xj.diſ.ꝗ
neſciat nā ꝛ multa alia impedimēta p cōſti=
tutionē eccl.ſunt inducta ꝗb⁹ interuenientib⁹
ſeparātur ↄiuncti adeo per holem: ſʒ nō de=
bemus dicere ꝙ hō ſeparet:ex ꝗ hoc fit au=
toritate pape.imo deus hoc facit:qꝛ roman⁹
pōtifex nō puri hois ſʒ veri dei vicē gerit in
terris.vt.ſ.de trāſla.epiſ.inter corporalia.et
ea.quāto.ꝛ iō pōt de iure ſupra ius diſpēſat
inducēdo ipedimētū de nouo vt in exēplo po
ſito.ꝛ iūge qđ not.ſ.q̃ cle.vel vo.§.q̃s vouēs.
xl.ꝛ hec locū hñt. ¶ Adeo eñ hec ↄſuetudo

ſpectāda eſt.ꝙ lʒ hodie reſtricta ſit ihibitio carnalis copule ad quartū gradū.⁊ ſic in qnto recte ꝯhaꝛ.vt.ſ.de ſpō.cū inhibitio.⁊.j.ꝺ cōſan.⁊affi.nō dꝫ.⁊.c.fi.ſi tñ in aliq̄ terra ab hominabile habereꝛ ꝙ in qnto gradu remanerent ꝯiuncti:ſm ipſos eſſent ſeparādi: qꝛ papa hoc approbat.j.de cōſan.⁊ affi.qꝺ dilectio.nam pōt de iure ſupra ius diſpēſare remouendo antiquū impedimētū. quare reſtrixit inhibitionē carnalis copule vſqꝫ ad q̄rtū gradū.vt dixi.vñ ſi cōſuetudo approbaret ꝙ ego poſſem ꝯhere cū ſoroꝛe mea ſpūali.i.cuꝫ filia patrini mei.vel cuꝫ filiola pr̄is mei:ſub diſſimulatione p̄teriri dꝫ.vt.j.e.ſup eo.§.ver.⁊ ſic ille.§.reſpicit prin.decr. ❡ Sꝫ alij dicūt ꝙ reſpicit.ver.ceterū.⁊ ver.itaqꝫ reſpicit.prī.decre.Ma.dixit.ver.itaqꝫ ⁊c.i.ꝙ ſeparātur intelligi dꝫ ad tp̄s nō perpetuo,vt.ſ.de ſpō.cū ap̄lica.in fi.⁊.j.de mr̄i.ꝯcto ꝯtra interdic.ec. litere.❡ Alij intelligūt vt p̄miſi.ſ.e.vſ.ſꝫ alij dicunt.vꝛ tñ intelligere min⁹ ſubtilr̄: qꝛ ſm hunc intellectū nimis magnā violentiaꝫ facim⁹ litere.nec vnq̄ fuit intellect⁹ cōdentis: qꝛ ver.ita ponitur ꝯtinuatiue ⁊ expoſitiue vt natura ſignificationis docet.verū aūt aduerſatiue.nam hec dictio ita ſemꝑ cōſueuit ꝯtinuare ⁊ hec dictio verū aduerſari:quare ptꝫ ꝙ illi duo ver.ceterū.⁊ itaqꝫ de eodē martino loquūtur.ver.aūt verū de alio.quare innuit ꝙ vult redire ad primū caſum: huic āt intellectui manifeſte ꝯdicit.ſ.de ꝯſue.c.vlt.rñ.j. ⁊ c quāto.de trāſac.c.vlt.⁊ de ſponſa duorū.c. fi.⁊ qꝺ no.ſ.de ſpon.duoꝝ.§.q̄ quib⁹.vſ.aut vtraqꝫ de ph̄ti.ſꝫ pōt dici ꝙ ibi loquiꝛ de cōſuetudine q̄ ſcādalum non inducit.hec rñſio nō prodeſt.vt pꝫ.ſ.de renūcia.niſi cū prīꝺ.§. pro graui qꝫ ſcādalo:⁊ de voto ⁊ vo.redem. magne.§.cum ꝗ ⁊ſeq.⁊.j.de oper.no.nū.c.j.§. ſuper eo.⁊ de reg.iur.qui ſcādalizauerit.

6 ❡† Ideo dic ꝙ cōſuetudo approbata ꝑ papam:pōt inducere impedimētū ⁊ remouere in his in q̄bus papa poſſet:ſicut eſt in gradibus canonica inſtitutiōe prohibitis:et alijs ſīl'ibus.vt ar.j.de conſan.⁊ affi.qꝛ circa.ſec⁹ i ꝓhibitis.l.diuia in quib⁹ loquūtur ꝯtra.ad qꝺ accedit.qꝺ no.ſ.de teſti.§.⁊ verū poſt publicationem.ver.hec ſi ſit alia cā.❡ Sꝫ ⁊ cōſuetudo q̄ ſcandalū gñaret:videreꝛ poſſe approbari ꝑ papā quo ad p̄terita.ēt vbi ab initio ipſe diſpenſare nō poſſꝫ.ar.ſ.de ſpō.duo; c.fi.ibi in m̄rimoniis de cetero ꝯhēdis.q.d. ſecus in iam ꝯctis.q̄ forte ſine ſcandalo ſepari poſſent.ad hoc.ſ.de cō.ecc.vel alta.aq̄.⁊.ſ.ꝺ ſpō.duoꝝ.lꝫ.in fi.ꝑ quā vꝛ ꝙ papa ibi diſpēſare poſſit alioqn ex ſentētijs ap̄licoꝝ ale deceptē fuiſſent:alij dicūt ꝙ ⁊ p̄terita ſi accuſarētur ſeparenꝛ.ar.ſ.de p̄bē.cū iaꝫ dudū.in fi. itē ꝯſuetudo ex q̄ per papā reprobatur.ſ.qꝛ nullū ſcādalū inducit.nō excuſat.j.de ꝯſang.⁊affi.ꝙ ſuꝑ his.§.vnico.vel pōt intelligi i ḡdibus diuina lege ꝓhibitis.vel i diſſenſionib⁹ q̄s no.ſ.eo.§.q̄ꝛ ꝯhatur.⁊ dixi in ver.ſnla.T.

❡ Alij vero ſic intelligūt.ꝙ cōſuetudo q̄ ſcādalū gñat: ꝑſōas ad ꝯhēduꝫ legitīas illegitīas reddit.vt.j.e.c.ſuꝑ eo.de ꝯſā.et affi.qꝺ dilecto.⁊.xxxij.q.iiij.ob ꝯciūtur.hoc tñ nō poſſet facere ꝯſuetudo q̄tūcunqꝫ gñaret ſcādalum ꝙ perſone illegitime legitime redderētur.⁊ ſic manifeſte vꝛ loqui.j.de cōſan.⁊ affi.ꝙ ſuꝑ his ad fi.⁊.c.nō dꝫ.§.fi.ſed hoc nihil aliud eſt dictū niſi ꝙ ꝯſuetudo efficacioꝛ ſit ꝯ.l.diuinaꝫ.q̄ humanā.⁊ iō nō placet qꝛ ꝯdicunt iura.ſ.de teſti.lꝫ ex quadā in fi.⁊ de reſti.ſpo.lr̄as. itē qꝛ in dicto.c.obijciunꝛ mos reddit legitimas ꝑſonas illegitimas ad contrahēdū contra id qꝺ intendunt.ideoqꝫ tene.vt not.ſ.verſ.ideo dic quod conſuetudo.⁊ ſeq.

7 Et an † aliquis poſſit habere duas cōmatres.

❡ Hec queſtio incipit tractari xxx.qō.iiij.qui ſpūalem.et in illo et duobus ſequenti.⁊ capit. vltimo.probatur ꝙ licitum eſt duas commatres habere/ vel duos cōpatres ⁊ quod illicitū eſt:nam adinuicem ſibi cōtradicunt Raynu.ſoluit hoc modo:quia ſi vxoꝛ mea ſuſcipit filium berte de ſacro fonte: ⁊ poſtea vxorem meam carnaliter cognoſco: tunc Berta efficitur mihi commater: nec vnq̄ eam ducere potero;vt.xxx.qō.iiij.c. a j.⁊.ca.vlt.ſi aūt poſtea vxorem meā non cognouero: nō efficiꝛ berta mihi commater. et ideo mea mortua ipſam bertam in vxorem habere non prohibeor vt eo.cap.poſt vxoris.⁊ hoc di. gra.e.§.notādum.⁊ iō Io.⁊.T aſſerūt ipm̄ Gra in hoc caſu errаſſe.vñ dicunt ꝙ ſuꝑ hac qōe ita tenēdū eſt.refert eñi vtrum compaternitas ª vel commaternitas precedat matrimonium vel ſequatur: ſi precedit

❡ Utrum compaternitas.adꝺ tex.⁊ doct. in ca.j. de cogn. ſpiritua.

licite poteſt quis hr̃e duas cõmatres: verbi gr̃a maria ⁊ berta facte ſunt poſtea martinus contraxit cum maria ⁊ cognouit eã: maria iſta mortua poterit ↄhere cũ berta. ⁊ hec eſt cã: q: per vnionẽ carnis ſequẽtẽ nõ trãſitur ad vnionẽ ſpũs p̃cedẽtẽ: vt. xxx. q. iiij. poſt vxoris obitũ. ❡ Si aũt ſequat̃ cõpaternitas: ſiue commaternitas ⁊ m̃rimoniũ precedat ſub diſtinguitur: q: vxor tua ſuſcipit filium alterius mulieris illa cuius filius ſuſcipit̃: efficit̃ tibi cõmater vxore tua media quem cognoueras. ⁊ ideo mortua vxore tua non poteris eã habere in vxorẽ vt dixi in conuerſo caſu. ẜ. pxi. verſi. ob. aliquem. ❡ Quid ſi alia mulier filium vxoris tue quẽ de alio viro ſuſceperat tenuerit i baptiſmo: etiã poſtq̃ cũ vxore tua factus fueras vna caro[a] illa mulier eſt vel cõmater vxoris tue ⁊ non tua. non eñ fuit ibi commaternitas acquiſita qm̃ vxor tua nihil agit acqrendo ↄmaternitatem illã ſed potius paſſa eſt: ⁊ iõ mortua vxore tua: talem commatrẽ vxoris tue poteris vxorem hr̃e. ❡ Idem eſt ſi fili⁹ tu⁹ ab aliquo ſuſcipiatur quẽ genuiſti ex alia muliere: q: non eſt acqſita ↄpaternitas tue vxoris. ⁊ iõ te mortuo poterit hr̃e talẽ cõpatrẽ tuũ in maritũ: vñ i his caſib⁹ põt aliquis hr̃e duas ↄmatres: ⁊ aliqua duos cõpatres: vt. xxx. q. iiij. d ſpũalẽ. ⁊. c. ſeq. ❡ Et ideʒ vr̃ ſentire gra. c. §. fi. q: in caſu iſto nõ cõicat̃ paſſio ſpũalis: ſicut in p̃cedẽti ſupiori actio ſpiritualis: vñ vſus. ❡ Que mihi vel cui⁹ mea natũ fonte leuauit. ❡ Hec mea commater fieri mea non vʒ vxor. ❡ Si qua me natum non ex me fonte leuauit. ❡ Hanc poſt facta mee non inde vetabor hr̃e. ❡ Ambos compatres facit actio paſſio nunq̃. ❡ Item que eſt ratio. Reſpondeo vir ⁊ vxor per actionem carnaleʒ ſiue corporalem efficiuntur vnũ corpus: nõ vn⁹ ſpiritus cũ ergo actio corporalis ſit: paſſio vero mẽtalis: nõ eſt mirum ſi actio actionem trahit ⁊ nõ paſſionẽ. ẜm heñ. ſeñ. in actione eñ corpus acqrit: qđ eſt idẽ cũ alio ↄiuge. In paſſiõe animũ patitur: que non dr̃ eadem cũ ala cõiugis. ❡ Itẽ in actionibus acquirit vxor cõpaternitatẽ: p tactum propriũ corporis qđ eſt idem cũ marito in paſſionib⁹ aũt acquirit vxor per tactuʒ nati ſui quem ab alio ſuſcepit ſiue per tactũ patrini ſui. ⁊ qui cum marito nullam hʒ cõicationem. non eſt ergo mirũ ſi cõiuges actiones tanq̃ ꝓprias ſibi cõicant ⁊ nõ paſſiões tanq̃ extraneas. ❡ Quid ergo ſi alter coniugum proprium filiũ ſuſcipiat de ſacro fonte[b] vel filiũ mariti illegitimum quẽ de alia muliere ſuſcipit vxor an inter ſe ⁊ maritum ſuũ diuortium celebret̃. certe q̃cquid dicãt cano. antiqui hodie non ſeparabit̃ ꝓpter m̃rimonium: q: ignoranter fiat ignorantia dʒ eẽ excuſata. ſi in fraudẽ fraus et dolus non debẽt patrocinari: vt. j. co. ſi vir vel mulier. ſed tñ ei qui in fraudẽ hoc facit: quamuis propoſituʒ ſuum ſit ſine effectu eſt penitentia iniungenda: vt. j. eo. ↄtracto. in fi. ſed tali interdicit̃ matrimonium poſt mortẽ legitĩe vxoris: ⁊ no. ẜ. de matrimonijs. §. qualiter impediat̃ ver. ſuſceptus. ſed neceſſitate inſtante excuſata eſt. argu. j. de homici. c. ij. ⁊ adde qđ not. ẜ. de baptiſ. §. quis poſſit verſic. ſed nunquid pater.

8 ❡ † Quid ſi aliquis laicus baptizauit puellam tp̃e neceſſitatis: nũqd eam poteſt hr̃e in vxorem. ❡ Item quid ſi qs in minorib⁹ ordinibus conſtitutus cõtrahat cũ illa quã proprijs manibus baptizauit: nunquid dirimetur mãtrimonium vr̃ qđ ſic: q: filia ſua ſpũalis eſt. xxx. q. j. oẽs. ⁊. c. de eo qđ interrogaſti. per que dixit Ray. per ſequens. c. qđ impeditur m̃rimonium ↄhendum: ſʒ ſi queras vtr̃ contractum dirimatur conſulas principem cum nouus caſus ſit. ẜ. de tranſla. epiſco. c. j. ❡ Dico q̃ ſi ipſum ↄſulas. merito tibi obiurgando poterit r̃ndere: aut nõ intelligo quid queris: aut eſt conſultatio tua: nam ſi ſuſcipiens ſepararetur de quo nulli dubium eſt. multofortius baptizans qui principalis eſt: ⁊ cuius manibus baptizatur. ar. ff. de teſta. domitius. ⁊ hoc ſatis probat dictũ. c. cũ oẽs. vnde puto qđ hic errauit. T. ſicuti ſequenti queſtione. cui⁹ ſolutio comprobat iſtud idẽ.

9 ❡ † Quid ſi filius ſacerdotis qui baptizauit puellam et contrahat cum puella: nunquid valet ⁊ dixit qđ ſic: q: hoc edictum prohibitoriuʒ eſt ⁊ forte officialis cãtuarieñ. errauit in ſententia ſua occaſione iſtius opinionis quam potuit inuenire ſcriptam in ſumma T. de matrimo. ⁊ ſponſa. ſub Rubrica de cognatione ſpũali. ⁊ diuerſis ſpeciéb⁹ eiuſdẽ: ⁊ ſic patet qđ antiqui non ſemper. aſſerũt ve

a ❡ Una caro. Adde text. in. c. ſunt q̃ dicũt. xxvij. qõ. ij. text. in. c. qũo. virginib⁹. xxxj. qõ. j. originalr̃. geneſis. ij.

b ❡ Propriũ filium ſuſcipiat de ſacro fonte. Adde text. i. c. ad limina. xxx. qõ. j. ⁊ per abb. in ca. ſi vir. in. j. no. đ cog. ſpiri.

ritatem. vnde in hac qöne ꝛ proxi. ſuperiori. credo. T. male dixiſſe. vt. ſ. eo. c. vlti. grc.

¶ Quid ſi filius ſacerdotis ꝯhat cũ muliere quã pater ſuus recipit ad pnĩam. videtur ꝙ matrimoniũ debeat tolerari. naꝫ preſbyterũ cum tali cõmiſcetur punitur ſi publicũ fuerit. ac ſi propriã filiolam cognouiſſet: quia ſi epũs eſt. xv. ann. peniteat. ſi ſacerdos ſimplex. xij. an. peniteat. ſed tñ nõ deponitur. vt. xxx. q. j. oẽs. ꝛ c. non opꝫ. veruntñ. quãuis illi canones ita dicant: nõ contrahitur tãta affinitas inter filios ſicuti per baptiſmũ: quare dico tenere cõiugium: qꝛ nuſꝗ̃ inuenitur ꝓhibitum: nec ratio ſubeſt quare prohibeat̃. argu. ſ. de ſponſa. cum apud.

¶ De cognatione legali. Rubrica.

1 Cognatio legalis quid ſit.
2 Adoptio quid ſit. Et quis poſſit adoptare. 3. Et quis adoptari. 4.
5 Species cognationis legalis quot ſint.
6 Arrogatio quid dicatur. Et qualiter ꝯtrahatur. 7. Et qualiter diſſoluatur. 8
9 Pater non cogitur emancipare filium. Et in quibus caſibus cogatur. 10.
11 Effectus arrogationis quis ſit.
12 Matrimonium quõ ꝛ qualiter impediatur.
13 Mrĩmonium an impediatur inter filiũ adoptiuum patris adoptiui extranei / et filiam adoptiuam.

DIctum eſt ſupra de cognatione ſpirituali: nunc dicendum eſt de cognatiõe legali. Et videamus. ¶ Quid ſit legalis cognatio. ¶ Quot ei⁹ ſpecies. ¶ Qualiter contrahatur. ¶ Et qualr̃ diſſoluatur. ¶ Quis ſit effectus. ¶ Qñ ꝛ ql̃r impediat matrimoniũ vel diſſoluat.

1 Quid ſit legalis† cognatio

Et quidem legalis cognatio eſt quedã proximitas ex adoptione ꝓueniens: ꝛ quia iur̃ canonico de hac parum tractatur ad inſtructionem ſimplicium dicamus. ¶ Quid ſit adoptio. ¶ Quis poteſt adoptare. ¶ Quis adoptari.

2 Quid ſit †adoptio. [a] Extranee perſone in filiuꝫ vel nepotẽ vel deinceps legitima aſſũptio ſm. T. hoc nõ plꝫ: qꝛ nimis gñalis ꝛ inſufficiens: vñ dicit Pla. ꝛ Job. ꝙ adoptio eſt legalis actio ad ſolatiũ eorũ facta q̃ liberos non hñt pene naturã imitans. arg. C. eo. cuꝫ eñ. ꝛ. ff. de adoptio. ij. hoc nõ placuit Azo. qa ꝛ ab his qui liberos hñt fit adoptio. quãuis aliꝗs facilius cõcedatur. vt. ff. eo. nec ei. § coꝛ. et. § preterea. ꝛ. l. ſi quis nepotem. ꝛ inſti. eo. § licet. vñ dic ſm Azo. ꝙ adoptio eſt legitimus actus per quem quis efficitur heres vel reputatur filius qui non eſt: vt. ff. eod. l. j. ꝛ inſt. eo. § minorem. ¶ Sed certe deſcriptio pla. ꝛ Job bona eſt vñ dic ꝙ adoptio eſt legalis actio ad ſolatium eoꝛuꝫ facta. i. inuẽta principal'r qui liberos nõ hñt i. habere non poterant romani eñ antiqui conditores leguꝫ ꝛ alij ſolliciti fuerunt ne quis ſine herede decederet: ne defunctus afficeretur iniuria: vt inſti qui ꝛ quib. ex cauſ. ma. non poſ. § j. ſic ꝛ curarunt vt qui filios nõ poterant habere naturales: ſaltem filiũ legalẽ haberent. vt pꝫ. ff. eo. ſi pater. § vlt. ꝛ l. ſeq. ꝛ. l. ſi ei. § iij. ¶ Veruntñ hec cauſa fuit cõpulſiua: quia forte aliquis nobilis diues et potens dedit cauſam edicto ſicut caphurnia. nec ꝓpter hoc ſequitur ꝙ leꝫ ille nobilis q̃ filios habere non poterat huic edicto cãm dederit quin poſſit adoptare etiã is qui filios hꝫ. arg. ff. de poſtu. l. j. § ſexũ. verſi. origo. ꝛ bene dixerũt pene naturam imitans: ideo eñ natu minor maiorem adoptare non põt: quia pro monſtro haberetur ꝙ filius foret maior patre vt inſti. eo. § minorem.

3 ¶ † Quis poteſt adoptare[b] pꝫ ex premiſſis pro ꝑmis ꝙ maior nam minorẽ natu non eꝫ. ¶ Item is qui filios hꝫ: et qui non habet: vt inſti. eo. § femine neceſſe eſt aũt ꝙ is q̃ adoptat ſit paterfamilias. i. ſui iuris et talis qui generare poſſit: ſed ꝛ qui non põt: adoptabit: tamẽ dummodo non naturaliter impediatur: ſed ꝛ per accidens. caſtratus ergo. i. naturaliter frigidus. ſ. caſte natus nõ adoptabit. ſpado aũt. i. q̃ cũ gladio ſeu ſpada amiſit fratres. de q̃ ſatis loquitur. ſupra de corpore vitia. § et que impediunt. ꝟſicu. in eunucho. et infra de fri. et male. § impotentia. verſi. accidentali. ſcꝫ adoptare poſſit poteſt minor vero ſexagenario

a ¶ Quid ſit adoptio. adde glo. l. ca. j. eo. tit. Spe. eodẽ titul. in §. ij. l. pc. C. 5 adoption. s. Tho. in iij. ſent. diſtin. xlij. q. ij. arg. j. ij. et. iij.

b ¶ Quis ꝑt adoptare, adde car. zab. in ru. eo. ti. ff. de adop. ꝑ totum.

arrogare non poteſt niſi cauſa cognita quia
magis dꝫ dare operam creationi filiorū pro
priorum: ſed bene pōt adoptare. vt. ff. co. l ij.
§. illud. ⁊. l. ſi pater. § vlti. ⁊. l. ſeq. ⁊ inſti. codē
§. ſed illud. mulier aūt adoptare non poteſt:
ſed maſculus tantum: niſi et mulieri hoc pri
cipali reſcripto concedatur ad ſolatium filio
rum in bello peremptorum: vel fidei catholi
ce amiſſorum. vt. ff. cod. nam ⁊ femine. ⁊ inſti.
codem §. femine.
4 ¶ Quis † adoptari quilibet tam maſculus
ꝙ femina: dummodo ſit minor natu adoptā
tis. vt. ſ. proxi. §. ⁊. ff. co. adoptio. ij. adoptat
autem preſens ⁊ voluntarius tantum. vt. ff.
cod. neqꝫ abſens.

5 Quot ſunt ſpecies † cogna

tionis legalis. i. adoptionis? Scire debes ꝙ
nomē adoptationis gñale eſt trāſit aūt i ſpe=
ciale nomen ⁊ dicitur arrogatio tñ in gñali:
6 et dicitur adoptio. vt. co. l. ſ. in fi. ¶ † Dicitur
aūt arrogatio: quia is qui arrogatur rogat.
i. interrogatur an velit habere in patrē arro
gantem. itē arrogans interrogat an velit ha
bere arrogandum in filiū. vt. ff. co. l. ſ. in fine.
et. l. ij. ¶ He aūt due ſpēs. ſ. adoptatiōis ⁊ ar
rogationis fere in oībus veniunt. ideo dico
fere: quia in quibuſdam diſſonat. ⁊ ecce ado
ptantur filijfamilias nec tranſeunt in ptātē
adoptantis: arrogātur paterfamilias ⁊ trāſ
eunt in ptātem patris. vt. ff. cod. l. ſ. in fi. vnde
verſus. ¶ Arrogo qui ſuus eſt / ⁊ hꝫ meus
eſſe neceſſe. ¶ Patris adoptio ſuum nec pa=
tris deſinit eſſe. ¶ Itē adoptio fit cuiuſlibet
magiſtratus cōpetentis auctoritate dūmo=
do apud eum ſit actio. ſcilꝫ. quia habet me=
rum imperiū ⁊ mixtum ⁊ iuriſditionē. vt
ff. e. l. ij. de off. procon. l. ij. ⁊ ideo apud delega
tum non videretur fieri poſſe. arrogatio autē
fit tantū principis auctoritate. Item in arro
gatione requiritur verbū expreſſiuū vtriuſ
qꝫ: vnde infans non poteſt arrogari ſꝫ ado=
ptari tm̄. vt. ff. co. l. ſ. ⁊. ij. ⁊. l. in adoptionibus
et. l. etiā infante. ¶ Itē aliquo arrogato ſtatī
ipſe ⁊ res ſue et liberi qui erant in ptāte ſua
ſubijciuntur ptāti arrogatoris: vt ptꝫ ex ſu=
perioribus. ⁊. ff. co. ſi pater. ¶ Eſt ⁊ ſpeciale ī
arrogatione impuberis: que auctoritate pri
cipis fit conſideratur eñ an arrogans ſit ma
ior. lx. annis: qꝛ tunc poteſt: an velit arrogare
plures qđ non permittitur in libertū alienū:
vel maiorem ſe: vel eum q̄ fuit in tutela ſua:
vel diuitem. cum ipſe arrogator ſit pauper:
vel inhoneſte vite: ⁊ in his denegatur: ſed et
illa generalis cōſideratio habetur: vt ita de=
mū pmittatur: ſi arrogator naturali cogna
tione vel pura ⁊ felliſſima affectione ad hoc
pcedere videatur: vt arrogator ſatis de ſer=
uo publico de reſtituendis bonis: vel ad ꝗs
bona perueniſſent vt in ſtatu ſuo permāſiſſet
arrogatus: ⁊ per hoc prouidetur ſubſtitutis
et legitimis heredibus arrogati ⁊ legatarijs
et fideicōmiſſarijs: qui agere poſſent mortuo
arrogato: qua ſtipulatiōe ſeu cautione omiſ
ſa agi poteſt vtili actione ex ſtipulatione: vt
ſic hereditas vel legata petātur ex ſtipula=
tione tacita vel expreſſa. vt. ff. e. ſi pater. §. vl.
et. l. ſeq. l. non aliter. ⁊ l his verbis. ⁊. l. hoc āt
nam actione ex teſta. agi non poteſt ex pupil
lari ſubſtitutione vel pe. here. cum pupillare
teſta. emanauerit minima capitis diminu=
tione pupilli q̄ contingit per arrogationem:
cum mortuus ſit pupillus in poteſtate alie=
na. ſecus ſi ſui iuris deceſſiſſet: vt. ff. co. nec ei
§. eorum. ⁊ inſti. qui. mo. teſt. infir. § alio. ⁊. §
non tñ. ¶ Sed ⁊ illud in hac arrogatiōe ſpe
ciali notabis: qꝛ ſi arrogator eum emancipa
uerit ſine cauſa vel morte eum exheredaue=
rit tenetur relinquere quartam partem bo=
norum ſuorum preter bona que ad patrem
adoptiuum tranſtulit vel ei acqſiuit: qꝛ illa
habet precipua. et hec quarta conditiōe ex
l. peti pōt. vt inſt. e. §. cum aūt impuberes. ꝟſ.
ſed ⁊ ſi deſcēdēs. ⁊. ff. de ioff. teſt. papi. §. ſi qs
ex eis poteſt autem arrogator huic arroga=
to ſubſtituere vſqꝫ ad hanc quartam non vl
tra: nec extenditur vltra pupillarem etatem
et hec locum habent ſiue loco filij / ſiue loco
nepotis fuerit arrogatꝰ. vt. ff. co. ſi arrogator

7 Qualiter contrahatur. † Di=
ctū eſt

ſupra. §. proxi. qꝛ adoptio contrahitur impe
rio magiſtratus arrogatio autē auctoritate
principis interrogatiōe hincinde facta. vtrū
vnus velit reliquum pro patre ⁊ filio. vt in=
ſtit. co. rñſ. ſ. ⁊. § ſeq.

8 Et qualiter diſſoluatur. † Et
quidē

per emancipationē. eſt eñ emācipatio pñe
poteſtatis relaxatio coram cōpetenti iudice
facta. dicta ex eo ꝙ extra manum. i. poteſta=
tem patris ponitur filius. vt. ff. co. emancipa
ti. ⁊ inſt. qui. mo. ius pa. po. ſol. §. preterea. fit
ergo emancipatio coram iudice dicente eo q̄
emancipat qđ adoptatum ſua manu. i. ſua
poteſtate dimittit: ⁊ dicitur iudex cōpetens
ordinarius et extraordinarius. et etiā q̄ hoc
hꝫ ex conſuetudine. vt in dictis legibꝰ. et. C.
de emanci. l. ſ. ⁊ vl. ff. de manu vindi. l. etiā. §.
vlti. vel priuilegio ſpāli conceſſo a principe.
arg. infra de exceſ. prela. accedentibus. ¶ Fit
aūt voluntate patris: ⁊ voluntate filij cōcur
rente: ⁊ vtriuſqꝫ preſentia: nec locum hñt in=
iurioſa rapiſmata vel figurate venditiones:
ſed premium dimidie fructus pōt pater reti=
nere in rebus aduentitijs nō in caſtrenſi pe=

culio vel quaſi ſemper videtur retinere: niſi
remittat nolatim: ſed tn̄ emancipatus vl̄ pe
culium vel alias res emācipando loco p̄mij
donare precipit. vt.C.de emanci.l.vl. ꝛ inſtit.
eo.§.preterea.ꝛ.C.de bo.q̄ libe.l.antepe.§.j.ꝛ
§.pe. ¶ Quid ſi quis filiuz abſentē emācipa
re velit: ꝛ infantē qui conſenſu caret hoc fa=
cere poteſt auctoritate reſcripti a principe
impetrati: vt tn̄ hoc intimetur iudici ſub cu
ius iuriſditione conſiſtit impetrans ſi naūt
conſenſum haberet conſenſus illius emāci
pandi abſentis requiritur precedens vl̄ ſub
ſequens. ꝛ ſic abſens emancipari poteſt: nec
eīm alias concederet princeps reſcriptuz in
p̄iudiciū alicuius. vt.C.de emanci.nec auus
et ar.ā.de offi.dele.ſuper eo.ꝛ ad hoc in auē.
qui.mo.na.effi.ſui.§.generaliter.col.viij.
9 ¶ † Pater aūt non cogitur emācipare filiū[a]
a ſicut nec filius cogitur emancipari: vt dixi
vnde talis actus.ſ.emancipationis: vt ado=
ptionis videtur cōſiſtere in voluntaria iuriſ
ditione non in contentioſa. ꝛ fit cōſilio.i.apd
iudicem apud quem filij voluntas conciliat̄
voluntati patris ꝛ ecōuerſo videt̄ ꝙ in emā
cipatione neceſſaria ſit ſcriptura ſicut ꝛ con
ſenſus. ꝛ idem in adoptione qꝛ nec conſenſ⁹
nudus acquirit filiationez nec ſoluit nec nu
de epiſtole.ſ.ſine ſolennitate facte. vt.C.de p
ba.non nudis.ꝛ de emāci.nō nudo.ꝛ de ado
ptio.l.vlt.ꝛ de patria po.abdicatio.ff de pac.
10 ius agnationis. ¶ † Cogitur aūt pater filiuz
ſuuz emancipare in caſibus. ¶ Primo ſi ma
le afficit filium ſuū verberibus ꝯ pietatem.
¶ Secundo ſi cōpellat eum in corpus ſuuz
peccare. ¶ Tertio filius eſt arrogatus impu
bes ꝛ pubes factus probat ſibi non expedir̄
arrogatuz eſſe. ¶ Quartus/ſi pater agnoue
rit legatum ſibi tali modo relictum vt filium
ſuuz emāciparet. vt.ff.ſi quis a parente ma.
fuerit.l.diutius.et de cōdi.ꝛ demon.ſi cui. et
ff.e.nōnunq̄. C.de epiſ.audien.ſi lenones.
¶ Soluitur etiaz adoptio morte naturali: ſi
is qui adoptauit tp̄e mortis filij arrogati
ſui iuris erat: alias remanet in ptāte illius l
cuius erat pr̄: vt inſti.qui.mo.ius pa.po.ſol.
§.j.ꝛ.ff.e.ſi pater. ¶ Itē ſoluit̄ morte ciuili.ſ.
cum pater damnatur in metallum: vel i op⁹
metalli: vel deportatur in inſulam: nam ſi re
legetur nihilominus retinet liberos in ptā=
te ſua. vt inſtit.qui.mo.ius pa.po.ſol.§.cum
aūt.et.§.pene. ¶ Itē propter delictum etiā ſi
ne amiſſione ciuitatis vt ſi cōtraxit inceſtas
nuptias: vt in auē.de inceſ.nup.§.ſancimus.
¶ Itē in dignitate ſoluitur: q̄ liberaret curia
lez a curiali cōditione vt ſi fiat patriti⁹ ꝯſul
p̄fect⁹ pretorio: p̄fect⁹ vrbis: p̄fect⁹ orientis q̄
auguſtalis forte dꝛ q̄ſtor mgr̄ militū: p̄fon⁹
fiſci: p̄nceps agētiū in reb⁹ mgr̄ ſacri ſcrinei
memorie.magr̄ ſacri ſcrinei li
bellorū: magr̄ principū ſacrarū
epiſtolarū ꝛ ſacrarū cognitio=
num ꝛ diſpoſitinonū. vel ſi fiat
ep̄s. vt.C.de decurio.l.vlti.li.x.
ꝛ in autē.conſt.que de digni.§.
pe.co.vij.ꝛ inſti.qui.mo.ius pa.
po.ſol.§.filiuſſamilias. ¶ Itez
ſi feratur ſententia contra pa=
trem petentem filium nihilo=
minus in poteſtate remanet.
verum pro emancipato habet̄
vt.ff.de condi.indebi.l.iulian⁹
11 Quis ſit effectus. †
Et quidē effectus eſt vt acq̄ra=
tur filiatio et patria poteſtas
adeo qd pr̄ neceſſitate famis
inſtante filium vendere poſſit.
vt.C.de patri.qui filios di.l.vl.
lez videatur ꝯdicere verbū ibi
poſitum ſanguinolentos: ſz ex
ponitur.i.in ſanguine punien
dos. ¶ Item effect⁹ eſt vt impe
diatur m̄rimoniū qd dic vt no.
j.§.qn̄.item effectus eſt vt fili⁹
taliter acquiſitus ſuccedat pr̄i
ſed hec oīa intelligas ſm diſt.
hanc. ¶ Cū quis adoptat̄. aut
per adoptionem aut parroga
tionem. ¶ Si parrogationem
tūc pertrāſit in ptātem adoptā
tis: ita ꝙ ab inteſtato ſuccedit
et contra teſtm̄ querelam ha= a ¶ Pr̄. autē
bet cum in hoc caſu ius ſui he nō cogitur
redis ꝛ onus habeat ꝛ antiqua emācipar̄
iura remaneant intacta. vnde filiū. adde.
in hoc caſu locum h̄nt oīa ſu= gl.i.l.au⁹.
pradicta vt hec probantur. C. C.de emā.
eo.cum in adoptiuis.§.vl.ꝛ.C. ci.liber.gl.
de inof.teſt.parentibus.ꝛ.l.ſā= in.l.nō pōt
cimus.§.vlti.ꝛ.ff.eo.ſi arroga= ff.d adop.
tor.ꝛ inſti.de inoff.teſt.§.cauſā doc.in.ca.
autē. ¶ Si vero per adoptionē ꝯſtitut⁹ de
olim idē erat. vt inſti.eo.rn̄.j.et religi.do.
ff.eo.l.j.ꝛ.C.e.cū in adoptiuis.
rn̄.j. ſz hodie di.qꝛ aut adopta
tur ab auo paterno vel mater=
no vel ab extraneo.
¶ Si ab extraneo adoptatus
non tranſit i poteſtatem: ſed re
manet in poteſtate patris na=
turalis. ¶ Nec quicquam
prodeſt talis adoptio niſi quis
ab inteſtato iura ſuceſſiōis ha
bet. vt inſtitut.eodem.§.ſed ho
die.ꝛ.C.eodem.cum in adopti=
uis.§.ſed ſi quis. vtrum autez

impediatur matrimoniū in hoc caſu. vide q̄ not. j. §. ſeq. ℣. ex hoc patet. ℭ Si naūt ab auo paterno vel materno adoptat̄: tūc q̄ꝛ natura lia ꝛ ciuilia iura concurrunt idē iuris eſt qđ de arrogato: q̄ꝛ tranſit in poteſtatem quo ad inſtitutionē ꝛ alimentoꝝ p̄ſtationē et omnia alia que hincinde debētur. et hoc intelligas de auo vel p̄auo vel alio ſupiori a quo recte deſcēdit. ſecus putarē ſi darer in adoptionē alicui de collateralibus vt proauo vel fratri vel filio. ſic intellige inſti. e. §. ſi vero. ꝛ. C. eod. cum in adoptionis §. ſi vero. dic ergo vt in ℣. ſuperiori. ſi per arrogationem.

a quo ceteri ramuſculi producūtur: ⁊ iō etiā truncus appellatur: inde eſt qꝛ in illa cellula nō debent poni due perſone ſicut in aliis cellulis fit. cum eñ diuerſorū diuerſa nomia ſortiatur nā qñq3 vocatur pr: qñq3 filius: qñq3 nepos: qñq3 auus: ⁊ ſic de ſingulis. nō potuit ei cōgrue nomē imponi: ſed dꝛ cellula vacua nolatur ⁊ truncus. ad hoc. xxxv q. v. ſeries ſ3 et Joachim dꝛ ⁊ etiā ꝑtheus: propter diuerſitatē ꝓprietatū que illi attribuūtur: iuxta illud quo teneā modo mutātē ꝓpthea vultꝰ ¶ Scḋo queritur q̄re Joachim nō pōt ꝯtrahere cū filia abaui ex latere tranſuerſali ſm rl'am poſitā. ſ. eo. ver. prima. qꝛ vt ibi dꝛ: pſona perſone addita p carnis propagationē3 gradum adijcit. ad hoc cōuenit dici querite quos mundi arbor agitat. nā illa ratio nō pt3 lippis ⁊ tonſoribus. pōt tm̄ dici ſm Goſ. q hoc idē ꝯtingit qꝛ gradus canonicꝰ cōpoſitus eſt. vñ quāuis plures ſint diſtātie in ꝑſonis eadē tñ vr attinētia inter Joac. ⁊ ſobolem abaui ex parte trāſuerſali q̄ eſt inter ip3 Joachim ⁊ ipm abauū: conſiderato gradu i quo Joachim attinet abauo ſicut eſt videre in bācha. ſi eñ plures ſedeamus in vna bacha: l3 vnus altius ⁊ alius planiꝰ. in vna tñ bancha ſedemus: vel planius dicere potes: cū queritur de attinētia ſuperioris ad ſuperiorē non cōputatur aſcendendo ab inferiore vſq3 ad ſummū: vt ſic poſtea a ſummo fiet deſcenſus ad inferiores: q ſm hec fieret multiplicatio graduū. ſed aſcendiꝰ vſq3 ad collaterales illius de quo q̄ritur vñ in q̄one p̄miſſa ꝯputādū eſt: nō vſq3 ad abauū q̄ eſt in ſummo: ſed vſq3 ad proauū: ⁊ ſic ꝑueniendu3 eſt vſq3 ad collateralē: qui gradū attinet ſ3 gof. mihi vr q hec qō facilis ſit ſm regulas. ⁊ q ſolutio regulas deſtruat. nā qñ q̄ritur de attinentia inter Joachim ⁊ filiam abaui ex pte tranſuerſali iam nō queriꝰ de linea aſcēdenti ⁊ deſcēdenti. in qua tñ prima regula locū h3: imo de trāſuerſali inequali in q̄ non illa: ſed quarta ⁊ quinta locū hñt: ſm quas planum eſt videre rōnem quā queris. vel dic vt not. ſ. e. §. vſq3 ad quotū gradu3. ver. qd ſi aliquis cōtraxerit. ¶ Tetio fit alia qō quā no. ſ. eo. §. vſq3 ad quotū gradū. ver. qd ſit hodie. et ſe. ¶ Quarto queritur ſi perſone de quibꝰ ibi queſitū eſt fuerint ſeparate. ſm qō no. ibi vtrū de nouo poſſint cōtrahere. vr q nō. arg. xxxv. q. vj ab iſto die. dicas ꝯ. ar. ſ. de eo qui du. in ma. quā pol. p adul. c. j. ⁊ c. veniens. ſm Goſ. nec obſtat. c. ab iſto die. qꝛ loquitur qñ p impedimētum qō fuit ⁊ adhuc eſt diuortiu3 celebratur. nos vero querimꝰ hic de impedimento quod fuit: ſed tñ eſſe deſijt per ꝯſtitutionem non dꝫ. ¶ Quinto queritur vtrū hodie in quinto ſexto vel ſeptimo gradu ſit conſanguinitas. dic vt not. ſ. §. vſq3. ver. illud q̄ri ¶ Sexto, queritur vtrū in quinto ex vna pte ⁊ in tertio ex altera poſſit hodie cōtrahi. dic vt not. ſ. e. §. vſq3. verſ. quid ſi aliquis. ¶ Septimo queritur an hodie cōmittatur inceſtꝰ in quinto gradu. ⁊ certe nō: qꝛ q inceſtꝰ cōmittatur in talibꝰ hoc non procedit ex natura coitus: ſed potius ex cōſtitutione eccleſie que prohibuit certos gradus ⁊ ꝯſtituit i eis coitū fore inceſtuoſu3: ſicut ⁊ ꝓhibitio mr̄im. nō ex natura mr̄im. ſ3 ex ꝯſtōne eccl. ꝓcedit. xxxv. q. j cum ergo. ſuper quo vide qō no. ſ. eo. §. vſq3. verſ. illud queri. ⁊ ſ. de eo qui dux. in ma. quā pol. per adul. verſ. ⁊ idē intellexit. ¶ Octauo queritur cū proauus ⁊ ꝓauunculus ⁊ propatruus ſint in eadem linea: ⁊ in eodem gradu. quare Joachim magis diſtet a proauunculo: et propatruo q̄ꝫ proauo. dicas qꝛ illi dicuntur eſſe in eode3 gradu reſpectu abaui qui ſuperior eſt: nō reſpectu Joachim vel aliorum inferiorum. ¶ Nono q̄ritur q̄ꝫtum ꝯtendatur cōſanguinitas in linea aſcēdenti ⁊ deſcendenti. ⁊ vr q in infinitū. et hoc dicūt quidā aliꝫ quos ſequitur Goff. dicūt q hodie indiſ. tā in aſcendentibus q̄ꝫ deſcendētibus ſed etiā collateralibus: gradū quartū prohibitio non excedit. j. eo. non dꝫ. miror tñ q̄ꝫo ius indiſtincte loquens corrigat illō qō cum diſtinctione ſaluari pōt: vel q̄ꝫo loquēs in gñe corrigat illud quod in ſpecie loqtur: cum potius videatur qō in hoc caſu nouu3 trahat ad ſe antiquum. vt. ff. de legi. l3 ⁊ poſteriores. qō dic vt no. ſ. §. vſq3. ver. in aſcendēti. ¶ Que notabilia circa eandem lectionem ſint ſcienda ⁊ memorie cōmendanda ⁊ qd eſt ¶ Primū notabile eſt hoc q Joachim cum nulla perſona in arbore poſita ꝯtrahere pōt ¶ Scḋm notandum eſt/ q perſone poſite in vna parte arboris inter ſe contrahere nō pñt quia ſibi adinuicē attinent ⁊ hoc verum eſt: vſq3 ad vltima3 lineam equalitatis: que per filium coniungitur Joachim. na3 ſex vltime cellule ex vna parte arboris non attinent oībus ſuperioribus: ſicut oculata fide pōt videri. ¶ Tertiū notabile q illi qui ſunt poſiti in vna parte arboris pñt contrahere cu3 filis qui ſunt poſiti ex altera parte arboris exceptis tribꝰ lineis deſcendentibꝰ ex illa cellula in qua continentur pr̄ et mater. na3 illi inter ſe contrahere non pñt: preter abnepote3: qui poteſt contrahere cum illis qui ſunt i linea ſororis et fratris Joachim. ¶ Quartum not. eſt qō non fuit neceſſe arbore3 ex vtraq3 parte depingi: ſuffeciſſet eñ qō depingeretur ex vna parte tñ in modū vexilli. ſed forte factum, fuit ad decorem ſeu cauſa venuſtatis vel vt ſciremus noīa vtriuſq3 generis ſexus. ¶ Nam ex vna parte arboris ponunꝰ noīa

deſcendentiū per maſculinum ſexum: ex altera deſcendentium ꝑ femininū. ¶ Quintum no. eſt ꝙ quedam linee, ſunt ligate filio ꝑ trāſuerſum vt innuant ꝙ ille ſunt linee equalitatis. ¶ Sextum not. ꝙ licet Joachim ſicut et quilibet alius h̄z quatuor auos: duos paternos ⁊ duos maternos: ⁊ ſic ſi aſcendas in quolibet gradu duplicabis numerum ſuperiorum: nō tñ oēs ille perſone hic ponuntur nam et ille que ponuntur ſufficiunt ad doctrinam. ¶ Septimum no. ꝙ perſone que diſtant equaliter a cōi ſtipite dicuntur eſſe in gradu ⁊ facere graduꝫ: que aūt inequal'r dicuntur diſtare gradu. vt. xxxv. q. v. porro. ⁊. c. parentele. vt ⁊ no. ſ. eo. §. qual'r cōputentur. ver. ergo. ¶ Octauum not. ꝙ pūcta rubea deſignant gradus canonicos q̄ tali colore ⁊ in ſuperiore parte depinguntur ꝑpter excellētiam. puncta vero nigra deſignant gradꝰ legales qui tali colore ⁊ inferiori parte depinguntur vt ſcias quanta differentia eſt inter canonicaꝫ computationē que tractat de ſpiritualibus ⁊ legalem q̄ tractat de tp̄alibus ſuper quo vide qđ no. j. qui fi ſint le. §. qual'r et a quo. ¶ Nonū not. eſt qđ quo ad legales gradus pertinet in aſcendentibus ⁊ deſcēdētibus gradibus legalibꝰ locum h̄nt due prime regule ſuperius poſite in collateralibus vero talis eſt regula quot ſunt ꝑſone collateral'r a cōi ſtipite deſcendentes preter ip̄m ſtipitem tot ſunt gradus inter extraneos de quorum attinentia queritur. de hoc autem: et ſi vis ſcire quid ſit linea: ⁊ quid gradus: ⁊ qualiter computetur. vide qđ no. ſ. §. qualiter cōputentur. §. vſq; nam ea que hic deficiunt in eiſdem. §. ⁊ ſuperiori ſumma pleniſſime recolligere poteſt diligens ſtudioſus.

¶ De affinitate. Rubrica.

1 Affinitas quid ſit. Et eius diuiſio. 2
3 Genera affinitatis quot ſint.
4 Genera affinitatis qualiter inſurgunt.
5 Affinitas vſq; ad quem gradum prohibeat.
6 Conſanguineus quoto gradu diſtat ab vxore mea: toto gradu affinitatis diſtat a me.
7 Arbor affinitatis qualiter ſit intelligenda. Et qualiter exponenda ⁊ legenda. 9
8 Regule que ⁊ quot ſunt per quas affinitatiſ gradus ⁊ gn̄a dignoſcuntur.

Ex quo diximus de conſanguinitate. videamꝰ de affinitate. ¶ Quid ſit affinitas. ¶ Quot ſunt gn̄a affinitatis. ¶ Qual'r ipſa genera affinitatis inſurgunt. ¶ Vſq; ad quem gradū in ſingulis gn̄ibꝰ ꝓhibeatur. ¶ Qual'r affinitatis arbor intelligēda ſit et legēda.

Quid ſit affinitas. † a Et quidē ꝓximitas perſonaꝝ ex coitu ꝓueniēs oī carēs parētela. Ex coitu iō dixi qm̄ tā ꝑ fornicarium coitū quā ꝑ legitimū ꝯh'r affinitas ⁊ inſurgit. vt. ſ. ti. j. c. j. ⁊. ſi ⁊. c. diſcretionē. §. ſꝫ nec affinitas. ⁊. c. ex lr̄is. ⁊. c. veniens. ⁊. c tue. ⁊. xxxv. q. iij. nec eā h̄z. T. ſꝫ da. ꝯ q: affinitas ex nuptijs tm̄ inſurgit vn̄ ſm̄ h̄ affinitas eſt ꝯiūctio ꝑſonarū diuerſarū cognationū ꝑ nuptias copulata ſic vt altera ad alterius cognationis fineꝫ. i. metā accedat. vt ff. de gradi. nō facile. §. affines. et. §. ſciendū ad quā. l. ſaluādā no. Hoſ. qđ lꝫ ex dānato coitu nō oriatur affinitas: oritur tñ inde publice honeſtatis iuſtitia: ⁊ hoc ꝓbabil'r dici pōt ſm̄ Hoſ. ſed certe nō ob. alia rōne: q: illud verū eſt quo ad hereditates ⁊ tutelas deferendas: et ne cogatur teſtimoniuꝫ dicere ꝯ affinē. vt. ff. de gradi. iuriſcōſultus. de teſta. l. lege iulia.

2 ¶ † Affinitas ergo ciuilis ⁊ naturalis ⁊ legitima nō cōtrahitur niſi nuptijs interuenictibꝰ ſed naturalis ⁊ illegitima bñ ꝯh'itur ꝑ coitū fornicariū adeo ꝙ m̄rimonium impediet ⁊ dirimet: ⁊ facilꝰ ēt pōt probari ꝙ naturaliter illegitima conſanguinitas. ſup quo vide. ſ. de cōſang. §. ⁊ vñ. vel dic ꝙ affinitas poſt m̄rimo. cōtracta iniqua ē. et impropie ſic appellatur. argu. ſ. de eo q̄ cog. cōſang. vxo. ſue. tue. ad fi. ⁊. c. diſcretionem. ſed per matrimonium contracta equa eſt ⁊ rationabilis ⁊ iuris. ff. de gradi. nō facile. §. affines. et. §. ſciendum. dicitur aūt prima iniqua propter adulterium. quia nec ſine illo contrahitur primum matrimonium vnde ⁊ contracta ſine nuptijs iniqua pōt dici propter fornicationeꝫ: ⁊ ſic rōne peccati iniq ⁊ irrōnabilis iudicat'. ¶ Dicti ſunt āt affines quaſi ad fines alterius aſcēdentes vel affines quaſi propinqui. j. eo. ſuper eodē. imo dicti ſunt affines ex eo

a ¶ Quid ſit affinitas. Adde Jnno. ioā. an. ⁊ doc. in. c. affinitatis. de eo q̄ cogn. cōſan. vxo. ſue. et ꝑ Archi. i. c. j. de ſpō. lib. vj.

q̄ due cognationes que inter ſe diuerſe ſunt p nuptias ſubaudi vel per coitū copulātur. ⁊ altera alterius cognationis finem accedit. ff.de.gradi.non.facile.§.affines.

3 Quot ſunt genera † affinitatis. Tria: ſed vnū tm̄ hodie hʒ ꝓhibitionē. vñ in cōcilio gñali cū ꝓhibitiões de cōiugio in ſcd̄o ⁊ tertio affinitatis genere minime cōtrahēdo. ⁊ d̄ ſobole ſuſcepta ex ſcd̄is nuptijs cognationi viri non copulāda prioris ⁊ difficultatē frequēter inducant. ⁊ aliqn̄ periculū pariāt aiarū cū ceſſante ꝓhibitiōe ceſſet effectus: cōſtitutiōes ſup editas ſacri approbatiōe ꝯcilij reuocātes. pñti ꝯſtōne decernim⁹: vt ſicut cōtrahētes decetero libere copulent̄.

4 Qualiter † ipſa genera affinitatis inſurgūt. Et q̄dē p carnis copulā vñ regula ꝑſona gñata ex ꝯſanguinitate ꝑſona ſociata p carnis copulā mutat gradū ⁊ non gen⁹ attinētie vt dixi.ſ.de cōſan.§ qualr̄ cōputent̄. Alia aūt regl'a dicit ꝑſona ſociata ꝑſone p carnis copulā mutat gen⁹ attinētie ſʒ nō mutat gradū. vñ ꝟſus. Mutat nupta genus ſed gñata gradus. verbi grā: ego ⁊ ſoror mea attinem⁹. nobis in p̄io gradu gñis cōſanguinitatis petr⁹ cognoſcit ſororē meā carnal'r: ⁊ ſic ꝑſona petri ſociat̄ perſone ſororis mee per carnis copulā. hec ḡ carnis copula mutat genus attinētie q̄ alio genere attinet mihi ſoror mea.ſ. gñe cōſanguinitatis alio petrus.ſ. gñe affinitatis: ſʒ nō mutat gradū: q: in eo gradu conſanguinitatis in eo q̄ ego ſum ſorori mee.ſ. in eodem gradu affinitatis ſum petro.ſ. in p̄io. et qd̄ dixi de ſorore mea hoc idē itelligas de q̄libet cōſanguinea mea in q̄cūq; gradu: q: oēs mariti ꝯſanguinearū meaꝝ ſunt mihi affines i p̄mo gñe: ⁊ in illis gradibus. affinitatis in q̄b⁹ gradib⁹ cōſanguinitatis vxores eoꝝ attinēt mihi: q: ſi que eſt mihi in ſcd̄o gradu cōſanguinitatis maritus ipſius eſt mihi in p̄mo gñe affinitatis: et ſcd̄o gradu: et ſi q̄ eſt mihi in tertio gradu cōſanguinitatis maritus eſt mihi in tertio gradu ⁊ p̄mo gñe affinitatis: et ſic de ſingulis gradib⁹: qm̄ gradus cōputant̄ inter affines reſpectu cōſanguinitatis tm̄ vt.xxxv.q.v.porro. ⁊ vide qd̄ not.ſ.de eo q̄ cog.cōſang.vxo.ſue.§.vlti.in fi. ⁊ qd̄ dictū eſt de maritis cōſanguinearū meaꝝ idē intelligas p oia de vxorib⁹ cōſanguineoꝝ meoꝝ q̄ ſunt oēs mihi affines in p̄mo gñe affinitat̄: ⁊ i illis gradib⁹ in q̄b⁹ mariti eaꝝ cōſanguinei ſunt mihi: ⁊ ego ſil'r ſum eis affinis in eodē gñe ⁊ in eiſdē gradib⁹. ¶ Itē oēs cōſanguinei vxoris mee ſunt mihi affines in p̄io gñe affinitatis ⁊ in diuerſis gradib⁹ ſm̄ diuerſos grad⁹ cōſanguinitatis. et ſil'r oēs cōſanguinei mei ſunt affines vxoris mee: ⁊ in diuerſis gradibus ſed cōſanguinei mei nō ſunt affines cōſanguineis vxoris mee: iō pater ⁊ filius contrahere pñt cū matre ⁊ filia ⁊ duo cognati cū duab⁹ cognatis ⁊ auūculus ⁊ nepos cū duabus ſororib⁹ vt hec oia ꝓbant̄.i.e.c.j.et.c.qd̄ ſup his. ⁊.xxxv.q.ō.j.ſane. ex q̄ plerūq; multe attinētie oriunt̄. inde tale exemplū cōſueuit poni. due mulieres ducebāt duos pueros q̄ erant filij mulierū ⁊ filij fratres filiorū ſuoꝝ ⁊ filij fratres maritoꝝ ſuoꝝ: ⁊ vterq; patruus et nepos alterius qd̄ cōtingit ſi mater ⁊ fili⁹ pariſic ſi. cōtrahant cū matre ⁊ filio boñ. duo em̄ pueri ex his duob⁹ coniugijs ſuſcepti. ⁊ hoc exemplum infallibiliter verū reddūt. ¶ Scd̄m aūt genus p eādē regulā inuenit̄. pone q̄ petrus marit⁹ ſororis mee q̄ eſt mihi in primo gñe affinita. ⁊ p̄io gradu: mortua ſorore mea ꝯhit cū berta hec berta quondaʒ petro ſororio meo per carnis copulā ſociata mutat gen⁹: q: cū petr⁹ attineret mihi p̄io gñe affinitatis hic attinet mihi ſcd̄o gñe: ſʒ nō mutat gradū: q: attinet mihi p̄mo gradu ſcd̄i gñis affinitatis: ſicut petrus attinebat mihi p̄io gradu primi gñis. ¶ Vñ mortuo petro inter me ⁊ bertā matrimoniū cōſiſtere nō pōt. ſi ſeruet̄ ſm genus. ⁊ hic cōtrahit̄ ſm gen⁹ ex vna pte tm̄: qm̄ per mr̄imoniū cōſanguineoꝝ vni⁹ tm̄ ꝯtracta ē affinitas. ¶ Hoc aūt ſm.gen⁹ aliqn̄ ꝯtrahit̄ ex vtroq; latere: vt in hoc exēplo. p. ⁊ maria ſunt fratres: ego accipio mariā in vxorē et ſic petrus eſt mihi in primo gñe affinis. petrus accipit bertā in vxorē: illa eſt mihi affinis in ſcd̄o gñe: ⁊ primo gradu. et hoc gen⁹ cōtractū eſt ex vtroq; latere: q: vterq; cōſanguineoꝝ cōtraxit.ſ.p. ⁊ maria. ⁊ idē eſt ſi per oia inter vxorē meā et maritū ſororis mee. Item inter maritos duarum ſororū vel duarū cōſanguinearū ⁊ inter vxores duorum conſanguineorū.

¶ Tertiū vero genus affinitatis cognoſcit̄ p eandē regulā. ¶ pone em̄ duo cōſanguinei attinent ſibi in ſcd̄o gradu cōſanguinitatis. pone q̄ accipiūt vxores bertam ⁊ mariā. iſte due mulieres attinēt ſibi in ſcd̄o genere affinitatis et ſcd̄o gradu cū maria attineat ſibi in ſcd̄o gradu conſanguinitatis: vt pʒ ex ſuperiorib⁹. finge inter ipſos diuortiū celebratum. deinde martinus accipit vnam earū in vxorē.ſ. bertā. iam iſte martinus marie attinet in tertio genere. quare mortua berta non poterit contrahere cū ipſa maria: que ſibi attinet in tertio genere ⁊ ſecundo gradu affinitatis. ¶ Primū genus dicitur quia per primam carnis copulā ſiue mediante vna perſona contrahitur. ¶ Secundum quia per ſecundam carnis copulam ſiue mediantibus

duabus perſonis contrahitur. ¶Tertium quia per tertiam carnis copulam/ ſiue trib⁹ perſonis mediātibus naſcitur.

5 Vſq ad quem †gradum ᵃin ſingulis gñibus ꝓhibeat̄ ¶Et quidem primū genus vſq ad ſeptimū gradum olim ꝓhibebat̄: ſicut ipſa cōſanguinitas vt probatur expſſe.xxxv.q.iiij.de affinita.⁊.c.nullum.⁊.c.equalr. ¶Scdm vero genus prohibitionē habebat vſq ad qrtū gradum:ita q̄ nō licebat ꝯhere cū affine ſecūdi gñis in qrto gradu:ſed ꝯtum nō ſeparabat̄ tn̄ in ſcdo ⁊ tertio gdu ꝯtum ſeparabat̄. vt xxxv.qō.iij.de ꝓpinquis.⁊.c.hoc q̄z. ¶Sen⁹ tn̄ tertiū qd ex vno latere tm̄:⁊ ex vtroq aliqn̄ ꝯhitur ſupra ꝓxime.§.ſm aūt. ⁊ ver.hoc aūt ꝓhibitionē habebat vſq ad ſcdm gradū ſicut legit̄ expreſſe.xxxv.q.iiij.p duorū conſobrinorū.⁊ ſic accipit.T.a maioribus ſuis:lz quidā docto.dixerūt tertiū gen⁹ affinitat̄ nō eſſe:puertētes literā ipſius decreti ⁊ affinitatis arborē deſtruentes.hoc dicit gg ala.qui ſcripſit tertiū genus nūq prohiberi ⁊ illud.c. porro.legebat de primo gñe affinitatis. ¶Itē ſm genus ex vna parte tm̄ ꝯtuz dicebat nullū.l.prohibitū.⁊ illa.c.de ꝓpinquis. hoc q̄z legebat de ſcdo gñe ex vtraq pte oppoſito ⁊ ſine dubio male dicebat. Sz hodie nō hz prohibitionē niſi primū genus vſq ad qrtum gradū incluſiue ſicut ⁊ cōſanguitas: vt no.ſ.eo.§.qt ſunt gña.⁊ eo.§.rñ.ſ.vñ q̄ hic ſcripſi de ſcdo ⁊ tertio gñe plus eſt ad inſtructionez q̄ ad vtilitatē denariorū. eſt tn̄ fame vtilitas q̄a turpe eſt patritio nobili ob cauſas oranti ignorare ſua circa qd verſat̄. Seruius eñ ſulpitius q̄ ꝓ certo poſt marcū tullium primū locuz in orādis cauſis obtinuit: qr rñſum quintij mutij ab eodē ꝯſulti nō intellexit ab eo:vt dictū eſt obiurgatus fuit.vt.ff. de orig.iur.l.ij.§.ſeruius autem ſulpitius.

6 ¶Illud aūt in ſumma nō eſt ꝑtermittēduz† qd quoto gradu cōſanguinitatis diſtat conſanguine⁹ me⁹ ab vxore mea:toto gradu affinitatis diſtat a me.vt.ſ.dixi.vñ cū de affinitate aliquarū perſonaꝝ queritur:⁊ in q̄ gdu ſint recurrendū eſt ad pſonā illā q̄ mediante affinitas ꝯcta fuit:⁊ q̄rēdū eſt q̄to gdu conſanguitat̄ diſtat illa pſona de q̄ nūc agit̄.ſz ea q̄ notaui.ſ.de ꝯſan.§.vſq ad q̄tū graduz ver.ꝯputatio.q̄to g gradu diſtare inuenit̄ in ꝯſanguinitate:toto diſtat in affinitate: ſiue ſit primū gen⁹:ſiue ſm ſiue tertiū.ad h̄.ff.de gdi.iuriſcōſult⁹.§.parētes. ¶Cū g primum gen⁹ tm̄.⁊ vſq ad qrtū gradū tm̄ ꝓhibeat̄ pz ſi due ſint abneptes in linea trāſuerſali q̄ vocātur filioꝝ duoꝝ frm patrueliū ⁊ a lterā duxero i vxorē:ea mortua ſupſtitē hr̄e nō potero:qr ē mihi i qrto gdu p̄mi gñis affinitatis ſz filiā filie ſupſtitis ducer̄ potero:qr eſt mihi in q̄nto gdu:⁊ ſic excedit ꝓhibitā parentelā. ¶Sz nūquid linea recte deſcēdens ꝓhibita intelligit̄ in infinitū in pmo gñe affinitat̄ ſicut dixi in ꝯſanguitate.ſ.de ꝯſā.§. vſq ad q̄tū.⁊ credo q̄ ſic.ar. in his q̄ notaui.ſ.de eod̄ cog.ꝯſā. vx.ſue.§.vl.ver.l ſi.⁊ ar.iſtit.de nup.§.affinitatis. ¶Itē not.q̄ ſi aliqs ē tibi affinis p appoſitionē tibi factā:⁊ gñat tibi filiū de ꝯſangulea tua:fili⁹ ille gñatus eſt tibi ꝯſanguine⁹ nō affinis.Si vo gñat filiū de extrānea nō cōſanguinea tua:fili⁹ ille tibi nihil attinebit p appoſitionē tibi factā iō dixi q̄m ſi aliqs eſt tibi affinis p tui appoſitionē.ſ. q̄ tu appoſit⁹ ſis ꝯſanguitati ei⁹:ſi gñat filiū ille ē tibi affis: ſicut parēs ſu⁹ in eodē gñe ſz i alio gdu. ¶Itē no. q̄ lz moriatur ꝯſanguine⁹:q̄ mediāte ꝯhitur affinitas pſona q̄ ſupuiuit remanet affinis.vt.xxxv.q.x.ffinitatis.hoc de ꝯſan.⁊affi.cū hꝫ q̄ no.i ſeq.§ ſ.dicta ſufficiāt.de publice ho honeſtat̄ iuſtitia ⁊ ſobole ſuſcepta ex ſcdis nupt. d q̄ fit mētio in ꝯcilio gñali nō dz hic poni ſz dic vt notaui.ſ. de mr̄imo.§.qualr impediat̄. verſ.honeſtatis.⁊ ver.ſeq. ᵃ¶Uſq ad quē gdu₃ adde Inn. ⁊ Compoſtella.i.ca. nōnulli. d reſc.doc.l c.ſ.iij.q.v. ſpe.ti.d reſcri.pñtat. in.§.rōne. verſ. ſz q̄d de affinibus.⁊ vſſ. ſeq.

7 Qualiter † arbor affinitatis intelligenda ſit ⁊ legenda.Et quidez hic videndū occurrit quot et q̄ ſunt rl̄e p quas affinitatis gradus ⁊ gña dignoſcunt̄.Qualr ipſa arbor exponēda ⁊ legēda. ¶Que conſueuerūt q̄ri circa hanc lectionez. ¶Et que circa hanc materiaz ſpecialiter ſint notanda.

8 ¶Quot † ⁊ que rl̄e ſunt p q̄s affinitatis grad⁹ ⁊ gña dignoſcūtur:⁊ quidē quatuor ſūt he ¶Prima rl̄a hec eſt. Perſona de qua q̄ritur mr̄imoniū ꝯtrahente ac ꝯſummāte:oritur primuz gen⁹ ⁊ grad⁹ affinitatis iuxta gradus cōſanguinitat̄ inter virum ⁊ conſanguineos vxoris: ⁊ inter vxorē ⁊ ꝯſanguineos viri.cōprobat̄ hec rl̄a.ſ. eo.qd ſup his. ¶Scda rl̄a hec

eſt.quoto gradu ɔſanguinitatis diſtat q̇s a ɔſanguineo ſuo vel a conſanguinea ſua toto ğdu diſtat ab eiꝰ vxore vel marito ipſius. vt xxxv.q iiij de ꝓpinq̇s.⁊.c.q̄l'r. ¶ Tertia r'la hec eſt.ꝑſona addita ꝑſone ꝑ carnis copulaꝫ mutat genꝰ ⁊ nō gradū xxxv.q.iiij.§.hac auctoritate.⁊.c.ſe. ¶ Quarta talis eſt.ꝑſona addita ꝑſone ꝑ carnis ꝓpagationē mutat ğdū et nō genꝰ.xxxv.q.v.porro.has r'las pleniꝰ expoſui.ſ.e.§.qual'r ipſa genera.

9 Qualiter† Ipſa arbor exponenda eſt ⁊ legēda. Et q̇dē in medio arboris ponit̄ quedā linea q̄tuor ɔtinēs cellulas. ¶ In prima ⁊ ſuꝑiori linea ſic dꝫ ſcribi. ¶ Primꝰ gradꝰ. ¶ In ſcd̄a / ſcd̄s ğdꝰ. ¶ In tertia ſic. ¶ Tertiꝰ gradus. ¶ In quarta ſic. ¶ Quartꝰ gradus. ¶ Ponit̄ aūt hec linea in medio.ſ.inter f̄rem ⁊ ſororeꝫ. ¶ Et hoc iō vt detur intelligi q̓ a ɔſanguinitate ortū hꝫ affinitas.⁊ qđ ex vtroq̄ ſexu.ſ.virili ⁊ femineo hinc ⁊ inde affinitas ɔ̄hat̄ ⁊ q̓ gradus affinitatis ɔ̄hat̄ ſ̄m gradꝰ ɔſanguinitatis ſicut no.ſ.e.§.qual'r ipſa gñā ⁊ inferiꝰ explanant̄. ¶ Sꝫ et ab vno latere ꝓxime ſupradicte linee ponitur alia linea al's q̄tuor cellulas cōtinens. ¶ In p̄ıā et ſuꝑiori cellula ſic ſcribi dꝫ. ¶ Frater. ¶ In ſcd̄a ſic. ¶ Fratris filius. ¶ In tertia ſic. ¶ Fratris nepos. ¶ In q̄rta ſic. ¶ F̄ris ꝓnepos. ¶ Ex altero vero latere ponit̄ alia linea q̄ ſil'r al's q̄tuor cellulas ɔtinet. ¶ In p̄ıā ⁊ ſuꝑiori cellula ſic dꝫ ſcribi. ¶ Soror ¶ In ſcd̄a ſic. ¶ Sororis filia. In tertia ſic. ¶ Sororis neptis. ¶ In q̄rta ſic. ¶ Sororis ꝓneptis. ¶ F̄re ğ vxorē ducente ɔ̄hitur primū genꝰ affinitatis: ⁊ primꝰ ğdꝰ inter vxorē f̄ris ⁊ ſororē eiuſdē:det̄ ſorori filia:orit̄ ſcd̄s ğdus:addat̄ filie ſororis filia.ecce tertiꝰ gradꝰ. Naſcit̄ filie ſororis filia.ecce quartꝰ gradꝰ. ¶ Idē eſt in filijs. ¶ Ex vno āt latere arboris ponūtur cōſanguinei feminei ſexus:ex altero virilis. ¶ Iteꝫ filio f̄ris mr̄imoniuꝫ ɔ̄hente orit̄ inter eiꝰ vxorē ⁊ ſororeꝫ f̄ris cū ſuis poſteris primū genꝰ affinitatis: et talis gradꝰ ineq̄liꝰ ɔſanguinitatis ğdu inuenitur maritꝰ cum illis perſonis.⁊ idē oīno ſi nepos f̄ris vxorē duxerit.⁊ idē in ꝓnepote ¶ Hoꝝ aūt vxores ɔtinētur in linea illa q̄ ē iuxta f̄rem: q̄ linea q̄tuor hꝫ cellulas. ¶ In prima ſic ſcribi dꝫ. ¶ Uxor fratris olim relicta. ¶ In ſcd̄a ſic. ¶ Uxor filij fratris. ¶ In tertia ſic. ¶ Uxor nepotis fratris. ¶ In q̄rta ſic. ¶ Uxor pronepotis fratris. ¶ Nec mireris ſi in tot variationibꝰ graduuꝫ nō dicam mutari genꝰ:ſed affinitatis gradus tm̄.quia genus nō mutat̄ ꝑ carnis ꝓpagationem. vt apparet ex re poſita.ſ.eo.ſub.§.qđ. ver.q̄rta. ¶ Eodē mō ex altero latere arborē explanabis,nā ſororē mr̄imo.ɔ̄hēte oritur primū genus affinitatis inter virū ſororis ⁊ f̄rem eiuſdem cū ſuis poſteris. ¶ Sil'r ſororis filia ɔ̄hēte oritur primū genꝰ affinitatis inter virū ipſiꝰ ⁊ fratē ſororis cū deſcēdentibꝰ ſuis. Idē in ſororis nepte.idē in ſororis ꝓnepte affinitatis gñe nō mutato in variatione ɔſanguinitatis:ſed gradibus variatis ſicut variant̄ gradꝰ cōſanguinitatis cū illa ꝑſona q̄ mediāte affinitas eſt ɔ̄cta. ¶ Uiros vero iſtaꝝ continet illa linea q̄ eſt iuxta ſororē:hꝫ q̄tuor cellulas. ¶ In p̄ıā ſic ſcribi dꝫ. Uir ſororis olī relictꝰ. ¶ In ſcd̄a ſic. ¶ Uir filie ſororis. In tertia ſic. ¶ Uir neptis ſororis. ¶ In q̄rta ſic ¶ Uir proneptis ſororis. ¶ Sūt ⁊ due auricule ſiue cellule ex vtroq̄ latere arboris poſite. ¶ In vna ſic ſcribi dꝫ. ¶ Relictus relicte fratris. ¶ In altera ſic relicta relicti ſororis. ¶ He aūt due cellule ſunt ſole ⁊ lineas non hñt.⁊ ponūtur cauſa venuſtatis ſeu decoris vel ornatus.qđ dic vt.j.no.ſub.§.⁊ q̄ circa.ō his gradibꝰ ⁊ diuerſis gñibꝰ pleniꝰ ⁊ aptiꝰ not.ſ.eo.§.qualiter ipſa genera.

¶ Que cōſueuerunt q̄ri circa hāc lectionem ¶ Prima qō q̇d ſi hodie inueniat̄ aliqđ mr̄imo.ɔ̄ctum inter aliq̇s attinētes in ſcd̄o gñe ⁊ p̄ıo gradu affinitatis:q̄ tñ ɔ̄xerūt añ illam ɔſtōnem nō dꝫ.nūquid ſeparabūtur.⁊ vr̄ q̓ ſic.nā de hoc mr̄imonio iudicādū eſt ſ̄m illa iura q̄ obtinebat tp̄e mr̄imonij ɔ̄cti.vt l aut̄ē. vt cū de ap.cogno.§.j.col.viij.ſ̄m Goſ. de hoc dic ſicut no.i ſil'i qōne.ſ.co. ſub rubric.de cōſang.§.vſq̄ ad quotū gradū.ⁿſi q̇d ſi hodie. ¶ Scd̄a qō q̇d ſi tales de quibꝰ.ſ.ꝓxime q̄ſitum eſt ſeparari volunt de nouo inter ſe mr̄imonial'r cōſentire:dic vt not.in ſil'i qōne.ſ.e. ſub rubricella de cōſang.§ q̄l'r arbor.ſub.§.q̄ cōſueuerūt.ver.iiij. ¶ Tertia qō cū ex ſecūdo gñe affinitatis olim inſurgerēt duo ipedimēta.ſ.affinitatis ⁊ publice honeſtatis iuſtitia xxxv.q.iij.porro.q̄ritur vtrū impedimēto affinitatis ſublato ꝑ cōſtitutionē nō dꝫ videat̄ ſublatū ⁊ aliud:q2 ſi nō mutat̄:q̄re ſtare ꝓhibetur.C.de teſta.ſancimꝰ.dicas q̓ ſic.vñ ɔſtōne dr̄: vt ſic ɔ̄hentes.ſ.in ſcd̄o vel tertio gñe decetero libere copulentur.⁊ iō p3 q̓ hodie vxores duorū fratrū vel duorū cōſanguineorum nō ſunt affines q̄re ipſarū maritis mortuis p̄t aliquis vtrāq̄ ducere ſucceſſiue non ob.xxxv.q.iij.porro cui eſt derogatū. ¶ Iteꝫ reuocata eſt prohibitio de ſobole ſuſcepta ex ſcd̄is nuptijs.vt no.ſ.eod.q̄t ſunt gñā. q̄ties eīn vitiū ex vna radice naſcitur ɔ̄ns ē vt vna lege tollat̄.C.de nupt.ſi libertā.in fi.ad idē facit.C.de duo.re.debē.l.fi.in fi ⁊.ſ.de cōſti.trāſlato. ¶ Quarta qō eſt/vtrū hodie in ſola publice honeſtatis iuſtitia q̄ oritur ex ſpōſalibus de futuro vel de p̄nti nō ɔſummat' locū habeāt:vel alie ēt ꝑ illā cōſtōnem,nō dꝫ.nom

inueniunt̄ ſublate.dq̄ hoc dic vt no.ȝ.de ſpõ. §.quis ſit effectus.ver.ſȝ nūquid hec iuſtitia ⁊ p̄cedētib⁹. ¶ Et q̄ circa hāc materiā ſpālr ſunt notanda. ¶ Pmo no.eſt qualr̄ affinitatis gn̄a ↄ̄hant̄.⁊ quidē de hoc ſatis apte notatū eſt.ȝ.e.§ qualr̄ ipſa gn̄a hoc tn̄ ſciendum eſt: q̄ ad denotādū ſm gen⁹ affinitatꝭ ponitur in quibuſdā cellulis olim relict⁹ ol' relicta.q.d.in arbore antiqua ponebant̄ hec verba relict⁹ relicta quib⁹ ↄ̄hentib⁹ oriebat̄ ſm genus affinitatis.qd̄ hodie locū nō hȝ:⁊ idō due cellule ponūtur ad decorē.vt no.ȝ.eo. ſub.§ qualr̄ ipſa.ver.hec aūt.vel forte locuȝ hȝ quo ad cōputationē.nā ⁊ hodie ↄ̄hit̄ ſm et tertiū gen⁹ affinitatis:ſed p̄hibitio eſt ſublata.J.eo.non dȝ.ſm Goſ. ¶ Fr̄e ḡ ↄ̄hente oritur primū gen⁹ affinitatis inter ei⁹ vxoreȝ et ſororem eiuſdeȝ fratris cū poſteritate. fratre vero moriēte ⁊ vxore fratris olim relicta cuȝ alio ↄ̄hente: oritur ſm gen⁹ affinitatis inter ſcd̄m et vxorē cū poſteris ſuis mortua vxore et relicto ipſius cū alia ↄ̄hente: oritur inter illā et ſororē cum ſua p̄le tertiū genus affinitatis ⁊ hoc deſignat auricula illa relictus relicte fratris.idē dicas in alio latere arborꝭ nā forte ↄ̄hente orit̄ primuȝ gen⁹ affinitatis inter virū ſororis ⁊ fratrē cum ſua poſteritate: mortua ſorore ⁊ relicto ipſius cū alia ↄ̄hēte oritur inter illā ⁊ fratrē cū ſuis deſcendētibus ſcd̄m gen⁹.mortuo vero relicto ſororis ⁊ relicta ipſius cū alio ↄ̄hente oritur inter illā et fratrē cum ſua p̄le tertiū gen⁹:⁊ hoc ſignificet illa auricula in qua ſcribit̄ relicta relicti ſororis. ¶ Scd̄m no.eſt q̄ ſup cellula illa in qua ſcribitur vxor fratris olim relicta p̄tēditur filiū ſupra in q̄ ſcriptū eſt primū genus affinitatis ⁊ refert̄ ad cellulā illā in qua ſcribitur ſoror:⁊ ab alia cellula ſoror p̄ducitur filiū cū eiſdē verbis ⁊ reducit̄ ad eandem cellulā vxor fratris vt denotet̄ q̄ iſti inter ſe ſunt affines ⁊ eodē mō ſup cellula illa fr̄ erigit̄ aliū filiū h̄ns eadē v̄ba.ſ.p̄mū gen⁹ affinitatis:⁊ retorquet̄ ad illā cellulā vir ſororis. Itē ab illa cellula vir ſororꝭ ſumit̄ filiū cum v̄bꝭ eiſdē ⁊ reuoluit̄ ad illā cellulā fr̄ ad oſtēdendum q̄ inter ſe ſunt affines. ¶ Tertiū no.eſt q̄ affinitas eſt proximitas pſonaꝝ ex carnali cōmixtione p̄ueniens oī carēs parētela: q̄ dic vt no.ȝ.e.ti.§.quid ſit affinitas. ¶ Quartum no.q̄ affinitas nō oritur ex nuptijs literdictis.ff.de gradi.non facile.§.ſciendum.qd̄ dic vt no.ȝ.e.q̄d ſit affinitas.et ſic q̄tuor rl'is et quatuor notabilib⁹ expoſita eſt arbor iſta cetera q̄ deficiūt.ȝ.e.ſumma pleni⁹ eluceſcūt

¶ De frigidis ⁊ maleficiatis ⁊ de ipotentia coeundi. Rubrica. 1

1 ¶ Impotētia coeūdi q̄d ſit. Et q̄ impediat mr̄imonium. 3. Et quot eius ſpecies. 2

4 Mulier ſi ita lata ſit qd̄ non poſſit cognoſci q̄d iurꝭ. Et q̄d ſi vitio vulue mortuos p̄iat. 5. Et q̄d ſi naturalr̄ ſterilis ſit vel vitioſa. 6.

7 Uiolentia accidentalis que dicatur.

8 Impotentia occulta accidentalis q̄ dicatur

9 Homo ſi taliter maleficiatur q̄ nō poſſit cognoſcere vxoreȝ ſuam ſed bene reliquas an diſſoluatur propterea matrimonium.

10 Diuortium qualiter et q̄n fieri debeat p̄pter impotentiam coeundi.

11 Corrupta ſi dicat qd̄ marit⁹ fect⁹ eſt/vel defectū membri patitur: an ſit ei ſtandum.

12 Maritus frigidus ſi facit vxorem corrūpi vt dotem lucretur quid iuris.

13 Uir ſi nō eſt maleficiat⁹ nec naturalr̄ frigid⁹ ſed quaſi naturaliter frigid⁹ mouet̄ et erigit̄ ſed nullatenus perficit; vel habet duas virgas ⁊c.quid iuris.

14 Mulier ſi dicat q̄ vir non pōt eā cognoſcere allegās ſuper hoc defectū membri viri q̄uo fiet: Et quid ſi allegat magnitudinem mēbri viri dicens q̄ non pōt ipm̄ tolerare. 15.

16 Uir ſi hȝ mēbrum nimis carnoſum: an propterea diſſoluetur matrimoniū.

Triplex eſt genus hominum: aliō calidiſſimū: aliud frigidiſſimū naturaliter: aliud temperatum: ⁊ q̄n per calorē aliq̄d impedimentū naſcit̄ quo mr̄imonia ↄ̄trahi prohibentur vt in illo q̄ pre nimio calore cognoſcit matrē ⁊ filiam vel duas ſorores: vel duas cognatas.de quibus plene diximus.ȝ. de eo qui cogno.conſan.vxo.ſue dicamus de impedimento qd̄ ex frigiditate prouenit q̄n maleficiatus huic equiparatur: apponam⁹ rubricā de frigidis ⁊ maleficiatis.vel ſic. Inter alia impedimēta matrimonij de quibus tractare incepim⁹: frigiditas et maleficium inueniuntur: dicamus ergo de ipſis: vel ſic q̄n in matrimonio tria bona notari conſueuerunt.ſcȝ fides/proles/⁊ ſacramētū: vt no. ſupra de matrim.§ ⁊ quare.et prima duo nō cadunt in matrimonio contracto ab illo qui non poteſt reddere debitum.videam⁹ de frigidis ⁊ maleficiatis qui non habent potentiam coeundi.⁊ q̄ nedum iſti ſed ⁊ alij impotentes ſunt dicamus gn̄aliter de impotētia coeundi qua matrimonium non tam conſtitutione canonica q̄ naturaliter impeditur enucleantes. ¶ Quid ſit impotētia coeundi. ¶ Quot ei⁹ ſpēs. ¶ Que ipotētia coeūdi ipedit mr̄imo. ¶ Que non. ¶ Qualiter et q̄n diuortium ob hanc cauſam fieri debet.

Quid ſit † Impotentia coeundi. ¶ Et quidē vitiuȝ ſeu defect⁹ naturalis ſeu accidentalis quo q̄s impedit̄ alteri

carnal'r cõmiſceri:vt in inferioꝛib⁹ appebit.

2 Quot eius ſpecies. †Due: nam vt apparet in deſcriptiõe.¶ Alia naturalis.¶ Alia accidentalis.¶ Sed naturalis aliqñ ↄtingit ꝓpter defectũ etatis:tam in hoie ꝙ̃ in femina. ⁊ ſic eſt cõis vtriuſ ꝗ ſexus. ¶ Aliqñ ꝓpter frigiditatem nimiam : hec maſculina: q: tm̃ in hoie locum h3. ¶ Aliqñ ꝓpter nimiã arctationem:⁊ hec in femina. ¶ Accidentaliũ autem.¶ Alia violenta.¶ Alia occulta.

3 Que ĩpotẽtia † coeũdi ĩpedit matrimoniũ: que nõ.¶ Naturalis ipotẽtia cõis vtriuſ ꝗ ſexus eſt tpalis.nõ adueniẽte pubertate expirat: ergo ꝙ̃diu durat tm̃ impedit mr̃imoniũ ↄhẽdũ vt.xxx. q.ij.§.vnico.j.eo.qđ ſedẽ.inde dr ꝙ omne delictũ cadit in impuberem ꝑterꝙ̃ delictũ carnis : quare minoꝛ.xiiij.an maſculus de adulterio accuſari nõ põt.j.de delic.pue.c.j.ff.de adul.ſi minoꝛ.xxv.an.⁊ breuiter de hac impotentia et matrimonio talium dic vt plene no.ſ.de deſpon.impu.¶ Maſculina ꝟo naturalis impotentia.ſ.frigiditas ĩ hoie ꝑpetua eſt:⁊ impedit mr̃imoniũ ↄhẽdũ ⁊ dirimit iam ↄctũ: vt.xxxiij.q.j.c.j.⁊.ij.j.e.c.j.⁊.ij.⁊.c. laudabilẽ. ⁊ talẽ frigidũ apello caſtratũ: vt.j. ver.accidentalis aũt.nec dr in hoc caſu mr̃imoniũ ↄctum diſſolui: ſ3 a ꝑncipio nullũ fuiſſe: vt in aut.de nup.§.ſi ꝟo.col.iiij.¶ Femina aũt.i.arctatio in muliere vel aliud inſtr̃i impedimẽtum a natura ↄctũ.j.e. ex lr̃is. aliqñ illud ĩpedit ⁊ dirimit aliqñ non.di.eſt vtrum poſſit ei ſubueniri ope medicoꝛu3 ſine graui periculo coꝛpoꝛali: ⁊ tunc non impedit nec dirimit:al's ſi nullo mõ iuuari põt:vel põt ſed tñ graue periculũ imminet : ⁊ ĩpedit ⁊ dirimit. j.e.c.fraternitatis.§.hoc aũt.⁊.§.j.ꝟ.nos.tñ. q: non põt eſſe vxoꝛ que apta nõ eſt ad viriles amplexus. vel q: ĩnſtr̃m naturale ĩpeditum eſt:aut q: deeſt ↄpetens q: forte vix põt mingere:vñ ꝑinde ẽ ac ſi nõ hr̃et.j. e.ex lr̃is. ⁊.c.fraternitatis. rñ.j.⁊.§.j.arg.ff. ꝙ cuiuſ ꝗ vniuer.l.j. ad fi. ⁊ ꝗ ſatiſd. cog.quoties.et de ſuto.tu.nulla dr̃ia.ſ.de trãſla.epi. inter coꝛpoꝛalia.§.ſ3 ne ꝗ.vñ dicit.l.ꝙ mulier que ita arcta eſt:vt mater fieri nõ poſſit nõ eſt ſana: imo in redhibitione eſt ſicut ⁊ illa que nullo modo purgat̃.⁊ que bis in mẽſe purgat̃:q̃re ꝑ3 qđ ſemel in mẽſe purgari d3.¶ Si autẽ ſanari poſſet:perinde habet̃ ac ſi nunꝙ̃ moꝛboſa fuiſſet:vt.ff.de redhib. ac. querit̃.§.mu

4 lierẽ.⁊ duab⁹.ll.ſe. ¶ † Quid ſi ita lata ſit ꝙ nõ poſſit cognoſci : vt de facto fuit graſſam.

5 ¶ † Item qđ ſi vitio vulue moꝛtuos pariat.

6 ¶ † Itẽ qđ ſi naturaliter ſterilis ſit vel al's vitioſa coꝛpoꝛe:vel ſi vitio veſice collectũ hu

moꝛẽ ↄtinere nõ põt: ſed ĩ lecto mĩgit:vł iter coꝛas qñ d3 reddere debitũ.nõ turberis:na3 ſiłia ⁊ turpioꝛa audiũt̃:nec ſũt talia ab aiaꝝ medicis ignoꝛanda.⁊ vr̃ qđ hec impediãt et dirimant cũ duo bona matrimonij deficiãt: ⁊ cauſe pꝛincipales ⁊ finales pꝛopter quas matrimoniũ ↄhit̃ur ſ.fides ⁊ euitatio foꝛnicatiõis ⁊ ſuſceptio ꝓlis:de qb⁹ dixi.ſ.de matrimonijs.§.⁊ quare pꝛecipuũ.munus eñ feminarum eſt ↄcipere: ⁊ ↄceptũ tueri:⁊ tales ſunt in redhibi.ꝑterꝙ̃ illa que natural'r ſterilis eſt:vt.ff.de redhibi.ac.querit̃.rñ.j.⁊.§.j. et ij.dicas ꝙ qual'rcun ꝗ impotẽs ſit ad carnale debitũ reddendum : matrimonium impeditur:q: decre.non di.vt.j.e. qđ ſedẽ. ſecus ſi cognoſcibilis ſit quocũ ꝗ mõ: ꝙ̃uis cõcipere non poſſit:vt in lecto mingat: vel moꝛtuũ pariat:q: hoc edictũ pꝛohibitoꝛium eſt.vt.ſ. de ſpon.cũ apud. niſi foꝛte dñs papa ↄriũ rñderet.¶ Hec aũt oia intelligas qñ inter potentem ⁊ impotentẽ ↄctũ eſt mr̃imoniũ ignoꝛanter.nã ſi ambo ſciãt impotẽtiã ⁊ volũt ſimul ↄhere:vel poſt ↄtractũ ſimul remanere. hoc quidem poterunt nõ tñ credas qđ ſit mr̃imonium : ſed eſt decretũ q: qui talẽ hr̃e nõ põt vt vxoꝛem ſaltem habeat vt ſoꝛoꝛẽ equa lance:mulier habebit maritũ vt fratrẽ:vt.j.eođ. laudabilẽ rñ.j.ver.ꝙ ſi ambo.¶ Idẽ vr̃ ſi ſolus potẽs ſciuit.ar.ſ.de ↄiu.lepꝛo. ꝓpoſuit. ⁊.c.vlti. ⁊ de ↄuer.ↄiug quidã intrauit.et.ff. de.l.cõmiſſoꝛia.l.ij.¶ Quid ſi vter ꝗ ignoꝛat. h3 locum diuoꝛtiũ vt dixi.¶ Si aũt ſol⁹ potens ignoꝛat in ꝑtãte ſua erit vtrum velit diuoꝛtium celebꝛari.arg.ſ.de eo ꝗ dux.in ma. quam pol.ꝑ adul.c.j.⁊.c.veniens. ⁊ no. ſ. de ꝑben.§.qual'r.¶ Vtꝝ potẽs ſemꝑ ꝑſumit̃.ff. de pꝛoba.veri⁹.nec eñ credibile eſt:qđ potẽs ſcienter ↄhat cũ impotente.j.eo.ↄſultationi. Sed ſi ſcia ꝓbet̃:coget̃ eã retinere tanꝙ̃ ſoꝛoꝛem vt dixi q: eccleſia ro.ita ↄſueuit iudicare.ſic potes intelligere decre.ꝑcipientẽ:qua3 alij dicũt ↄſiliũ ꝑbentẽ. j.e. ↄſultationi.ar.ſ. de ſen.⁊ re iudi.in cauſis.x.di. ꝗs neſciat.xj. q.iij.nolite.nec obſt.xxxij. q.j.integritas. vbi dr qđ caſtitas ſuaderi ꝑt nõ ĩperari : q: illud verũ ab initio ſec⁹ ex poſtfacto:vt.ſ.ꝗ cle. vel vo.c.vlt.⁊.ſ. de bap. ⁊ ei⁹ effectu maioꝛes.§. itẽ querit̃.ver.vex.in fi.⁊ de ſtatu mo. cũ ad monaſteriũ.in fi.¶ Et põt dici has decretales intelligendas:qñ tale quaſi mr̃imoniu3 ↄhitur publice ⁊ in facie eccleſie : nec ipſum quaſi mr̃imoniu3 d3 ſciẽter admittere ſacerdos:niſi potens publice voueat ꝙ ea viuẽte non adhereat alijs:ideo poſtea pꝛeciſe cogetur.ar.xxxiij.q.v. ꝙ deo pari.⁊.j.e.fraternitatis.§.j.ver.vel niſi ſe voto . ⁊ de voto ſolẽni et ſimplici dic vt no.ſ.qui cler.vel vo.§.ſi quis. vouẽs quis nõ.quidã tñ dicũt ꝙ arctatio nõ

diſſoluit matrimoniuȝ. ⁊ ſic intelligūt dictū c.j.eo.ↄſultationi.ſed reprobantur.ſ. c.frater nitatis. alij ſic exponūt literam, ibi romana tñ eccleſia conſueuit ⁊c.ſubaudi cōſulēdo et monendo:non diffiniēdo vel ſententiando et hec eſt cōis opi.pōt ⁊ illud dici qḋ ꝗuis ma trimoniuȝ nō reſcindat̄ ad petitionē ſciētis: q.vł expreſſum votū emiſit: vel ſaltem tacitū preſumitur emiſiſſe.tñ ſi talis cū ſcḋa mulie re ↄtraxerit matrimoniū tenebit q2 votū ſim plex ꝗuis impediat:nō tñ dirimit matrimo nium iam ↄtum: qḋ dic vt no.ȝ. qui cle.vel vo.§.quis vouēs.℣ Sed certe nullū ius di cit qḋ aliquis compellatur talē retinere.Sȝ quid ſi ↄſentiunt ſimul morari . hoc poſſunt facere mulier tñ non pōt eſſe vxor ſed poteſt teneri tanꝗ ſoror:ſic eñ expreſſe loquuntur dicta iura.ſ.e.ↄſultationi.⁊.c. laudabilē. rñ. ſ.ad fi. ibi qḋ ſi ambo cōſentiunt ⁊c.q.d.viue re pñt caſte ſimul morantes.qḋ ni:nam hoc facere pñt. ⁊ ſi vere cēt mrimoniū iter ipſos. xxxiij.q.v.qḋ deo pari.ſed nec cogunt̄ votuȝ emittere.xxxiij.q j.integritas.intelligas.er go qḋ ꝗdiu in eis placebit ſic morabunt̄ nec eccleſia virum ꝗuis peccantē cū alia corri gere poterit de occultis. xxxiij.qō.v.xpiana. ſed nec vir niſi primo ex cauſa ꝓuocet ad di uortium cum effectu impetrabit ab eccleſia licentiā cū alia ↄhendi.⁊ hoc quicqḋ. ȝ.not.

7 fuerit eſt tenēdū. ℣ †Accidētalis aūt violen tia dr que violēter infertur:vt ſectio q2 impe ditur ſpado.i. is q̄ ſpada ſeu alio gladio viri lia amiſit matrimonium ↄhere:⁊ ſi cōtraxe rit ſeparabitur:ex quo ſectio pceſſerat.ſecus ſi poſt mrimonium contractum accidiſſet.nā ex quo ſemel tenuit mrimoniuȝ nullo impe dimēto ſuperueniēte tollitur vt no.ȝ.de ma trimo.§j.⁊.§.qs ſit effectus.et § vlt.⁊ de ſpō. duo.§.que qbus.ver.aut vterꝗ .de preſenti. ⁊.ȝ.de coniug.lepro.ſic intellige.ſ.e.qḋ ſedē: ⁊.xxxij.q.vij.illi qui ſani.⁊.xxxij.qō.ſi.hi qui matrimonium.⁊.q.j.dixit.℣ Quid ſi dubite tur vtrum precesserit vel nō pſumit̄ q impe dimentum matrimonium preceſſerit. arg.C. de edil.act.l iij.⁊ ſm hoc ſectio impedit ⁊ di rimit.ſuper quo vide qḋ no.ȝ.de cor. vitia.§. ⁊ que impediebāt.ver.in eunucho.℣ Quidā autem dicunt qḋ hac impedit̄ caſtratus . ſic ſcripſit.T.⁊ male:q2 caſtratus idē eſt qḋ fri gidus:vnde dictur caſte natus vt not. ȝ. de cogna.§.quis pōt adoptare. ⁊ legit̄ in inſti. de adopti.§. ſȝ illud.eſt tñ verum qḋ promi ſcue vtimur his verbis. ſpado caſtratus eu nuchus ſed vera ſignificatio ſe hȝ vt dixi eu nuchus aūt adutrūꝗ ſe hȝ.⁊ accedit.ȝ.vt lit. non ↄteſt.qm frequēter.§.ſi vo aliter.fuerunt tñ qui dixerunt qḋ ſpadones ↄhere pñt: q2 mrimonium in quibuſdaȝ eſt humanitatis

ſolatiuȝ.xxxvij.q.j.nuptiaꝝ.ar.xxxiij.q.v.qḋ deo pari.⁊ male. et pbaui. ⁊ pbat̄.ff.de iure do.ſi ſerua.§.ſi ſpadoni.ſecus ſi ſaltem vnū teſticulum quis hr̄et.q2 talis ↄhere poſſet. ⁊ ſic pōt intelligi.l.ſi.ff.de lib. ⁊ poſthu. ſed eſt queſitū.§.ſpadonem.⁊.ff.de edil.edic.ediles. .§.filius.nā ⁊ hic militat.ff. de re mili. qui cū vno,iō etiam dicit.l. q ſpadonū multa ſunt

8 gnā.ff.de verb.ſig.ſpadonū.℣ † Occulta ve ro accidentalis impotentia eſt illa que pue nit ex maleficio ſeu violentia aliqua ⁊ gladio aliqñ eñ maleficiant̄ hoies: ita q reddūtur impotētes oībus preterꝗ vni hoc maleficiū vocatur ſortilegiū ſiue factura. ⁊ ſi illa vxor ſit:bonum vr̄ tunc ſortilegium: cū adulteriū vitetur vnde hoc modo fuit maleficiatus co mes quidā q2 vt fertur et vt ego intellexi ab his qui veritatem nouerant per. xxx. an.ſte tit ⁊ amplius qḋ nō poterat cognoſcere niſi

9 vxorem ſuam ſed poſtea euanuit.℣†Itē ali qñ maleficiat̄ homo adeo qḋ non pōt cogno ſcere vxorē ſuā ſȝ bene cognoſcit oēs al's ⁊ ſi tale maleficiū ſequat̄ mrimoniū iā ↄtū nō dirimit ſicut dixi de alijs impedimētis. ȝ. ꝟ. pxi.℣ Si vero maleficium pcedit ⁊ mrimo nium ſequat̄:vt q2 ↄcubina ſua maleficiaue rat virū amaſiū ſuū ita qḋ alijs impotēs red debat̄ : ſicut multe inueniunt̄ vel q2 ſpāliter fuit factū maleficiū ne cū illa cū qua volebat ↄhere poſſet aliquatenꝰ rē hr̄e:refert vtrum impedimētū ſit tpale vł ppetuū.℣ Si tpale eſt maleficiū:nullū pſtat impedimentū mri monio.Si vero ſit ppetuum impedit ↄtrahē dum ⁊ dirimit iam ↄtū:vt.xxxiij.q.j ſi p ſor tiarias.℣ Sed qūo ſciet̄ an ſit tpale vel per petuum.rñdeo ab initio qḋlibet maleficium preſumitur tpale q2 oīs hō pubes credit̄ po tens ad coitū:ſed ex q̄ per trienniū cohabita uerūt ſimul dantes operā ſtudioſam carna li copule:ſi adhuc durat impedimētum pre ſumitur eſſe perpetuū:vt.ſ.eo.laudabilem.⁊ c.vlt.qdā tñ doctoꝝ ſentiūt in ↄriū dicētes: qḋ nullam maleficiū ſeparat iam ↄtum nec eſt ex ↄſuetudine romane eccl'ie qḋ ſeparet̄: vñ dicunt q illud.c.ſi p ſortiarias.hodie nō tȝ.⁊ eſt ratio q2 oē maleficium tpale ſolui po teſt ſine diuino miraculo : ſaltē p eū q̄ ipſum induxit:q2 quicqḋ ligat̄ ſolubile eſt. arg. ſ.e. fraternitatis.§.j.ver.nos tñ.⁊ auten.de nup. .§.nuptias.et facit pro eis exemplū comitis qḋ not.ȝ.eo.ꝟ.occulta.ſed opi. iſtoꝝ olno eſt abijcienda tanꝗ dura et nimis oneroſa.qm preſtaret materiā homicidio ⁊ adulterio. ſi hō ſtaret cū vxore et eā cognoſcere nō poſſet cū eſſet potens ⁊ idoneus alijs mulieribus. Itē nec ſemp ſolui pōt p illū q̄ fecit vel q2 ma leficus mortuus eſt vel q2 perditū eſt malefi ciū:vel q2 maleficus nō pōt vel neſcit delere.

¶ Item ſm Hoſ. rōnabiliter ꝓbatur eos male ſentire qm̄ due cāe principales ꝓpter quas ↄtrahitur matrimonium: vt dixi. ſ. ver. quid ſit ita. et in tali deficiunt ſed ipſis duabꝰ deficientibus mr̄imoniū nullū erit: ideo tene vt dixit Tan. fit etiā aliqn̄ maleficiū ne mulier cōcipiat vel abortū faciat. qđ dic vt not. j. de homi. § qđ ſit homicidiū. ℣. poſt infuſionem. ⁊ ibi habes de poculo amatorio.

10 Qualiter † & qn̄ diuortiū ob hāc cām fieri dꝫ. Quidā ſapiētes dixerūt: qđ ſi cā frigiditatis vel ſectiōis vl' arctatiōis allegatur ſtatim diuortiū celebrari pōt qm̄ iſta īpedimēta ſunt manifeſta: vt. j. eo c. j. Si vero maleficium allegatur: tunc expectatur triēnium. in aut. de nup. § per occaſionē. ¶ Et dixit qđ q̄uis probabiliter mouerentur: tn̄ indiſtincte credit triennium expectandū niſi manifeſtiſſimis ſignis ⁊ probationibus cōſtet illos frigidos eſſe: vel mulieres arctas. ſic itellexit. j. c. laudabilē. ¶ Sꝫ ⁊ audeo dicere ꝙ vtriq; errauerūt ſaluo honore eoꝝ: nec puto ꝙ hoc ſcripſiſſet. T. ſi circa hāc materiam perſpicaciter ſtuduiſſet: vn̄ oībus cancellatis ſic diſt. ¶ Si diuortiū celebrari petatur ob impotētiā coeūdi: ⁊ maſculina impotētia allegatur naturalis puta frigiditas: aut maſculus ꝓuocat ad diuortiū aut femina. ¶ Item aut maſculꝰ expleuit. xviij. annum. aut nō. ¶ Et ſi quidē maſculus maior. xviij. an. ad diuortiū ꝓuocat. ⁊ vxor ↄfitetur hoc qđ maritus aſſerit. dico tp̄s arbitrariū: aut vnus mēſis: aut triū: aut anni ꝑ qđ debēt ſimul morari. ⁊ preſtabunt ſacr̄m. de quo hēs j. c. ver. ſꝫ vir. ⁊ ſe. qbꝰ elapſis ſi ꝑ rectū iudicium eccl'ie pōt ꝓbari virū impotentē diuortium ſtati celebrabitur ⁊ mulier nubat in dn̄o: ſed viro indicetur ne aliquā ducat. ſi aūt duxerit ſubaudi ⁊ cognouerit reus ꝑiurij habebitur: ⁊ priora cōnubia reparāda erūt etiā ipa muliere ↄ̄dicente ſi fuit cōſcia fraudis. arg. ff. ad le. iul'. de adult. ſi vxor. § iudex. ⁊ § vlti. ¶ Si vero nō fuit ↄſcia pōt eū repellere obiectu adulterij. ar. xxxj. q. ij. de bn̄dicto. ⁊ q. [illegible] nihilominus. ſm Da. ¶ Eſt autē hoc rectū iudiciū maſculus iurabit ſe natural'r frigidū. i. ſe non poſſe cognoſcere aliquā mulierē: nec moueri ad volūtatem coeundi nā ſi aliquoties moueretur ſꝫ non poſſet ꝑficere: nōn eēt natural'r frigidus: vt. j. dicā. ver. ſi vir. ⁊ ver. ſeq. mulier iurabit ꝙ nunq̄ vidit ipm̄ moueri: nec virgā erigi: ſꝫ ſm magiſtrū meū cā diligenter manu palpauerit ⁊ oēm diligentiā adhibuerit: vt opꝰ carnale ſequeretur infra tp̄s elapſum a iudice ſtatutū: ⁊ qlibet habebit. vij. ꝓpinquos: vel ſi nō ſuperſunt vicinos bone fame q iurabūt ſe vere credere qđ cōiuges iurauerūt ⁊ ſic diuortiū celebrabitur. ſic intelligo. j. eo. c. j. rn̄. j. ⁊. c. laudabilē. § ſin aūt. ſꝫ hi. vij. ↄpurgatores cognoſcere debēt ↄuerſationē ꝑſonaꝝ. arg. j. de pur. ca. quot. ⁊. c. cū p. mā conella. ⁊. c. cū dilectꝰ. tn̄ nec illud omitto ꝙ membrū viri inſpiciēdū eſt ſicut ꝑ experientiā ſum edoctꝰ: ꝙ dic vt no. j. c. ℣. fi. ¶ Sꝫ nunqđ ſufficit ſi recipiatur ſacr̄m a duobꝰ vel tribus ꝓpinquis vel ipſis deficientibꝰ alijs bone fame: vel neceſſariꝰ eſt numerus ſeptenarius cōpletus. et qđem vr̄ qđ duo vel tres ſufficiāt: qꝛ in ore duoꝝ vel triū ſtat omne verbum. ſ. de teſta. cum eſſes. ⁊. c. relatū. ¶ Itē qꝛ numerꝰ cōpurgatoꝝ arbitrariꝰ eſt vt apparet. j. de pur. ca. quot. ⁊. c. ex tuarū. ¶ Itē ſꝫ in accuſatiōe ep̄i cardinalis requirantur. lxxij. teſtes: tn̄ tres vel etiā duo bone opinionis ſufficere videntur ij. q. iiij. preſul. ⁊. c. nullam. ⁊ § ſꝫ hic vel ſpāli. ⁊ facit ad hoc ꝙ no. ſ. de teſt. § quotꝰ numerꝰ. ſꝫ nō puto ꝙ in tā ſolenni ⁊ ꝑiculoſa cā cū nō inueniā ius expſſum a numero ſtatuto recedere debeamꝰ. ar. C. de fideicō. l. fi. xx. di. de qbus. xlij. di. qeſcamus. ſ. de trāſla. ep̄i inter corꝑalia. § ſꝫ neq;. ſ. de deci. ad audiētiā. ff. de poſtulā. l. j. § pueritiam. j. q ma. accuſ. ꝓhi. vr̄. ſ. de ſen. ⁊ re iudi. c. fi. nec eīm in hac cā vtendū eſt argumentis remotis vel cōſue. aliqua ↄ̄ ↄſtitutionem ro. eccl. ſ. de ſpōſa duoꝝ. c. fi. ⁊ ar. de teſtibꝰ. ſꝫ ex quadā. in fi. ¶ Idem dico ſi mulier ꝓuocat ad diuortiū ⁊ vir idē ↄfitetur: ſed tn̄ ſi vir cum alia ↄtraxerit: iurātes ſcꝫ ↄtra cōiuges rei ꝑiurij habebūtur. ⁊ penitētiā agēt ⁊ inſimul reuertentur. apparet enim modo qđ cā odij ⁊ ſuggeſtione diaboli hoc factū fuit: vt j. eod. c. j. § ſi aūt. ⁊. c. laudabilem. in fi. ⁊. xxxiij. q. j. c. j. ⁊. ij. nec in ſupradicis videtur diſtinguendum eſſe vtrum virgo ſit: vel corrupta. ex quo vterq; impotentiam confitetur: vt patet. j. eodem. c. j. rn̄. j. rn̄. j. ⁊. c. laudabilē. § ſin autem. ſecus ſi alter neget: vt apparet in ſequētibꝰ. ¶ Qđ ſi marito ꝓuocāte ad diuortium. ex hac cā mulier aſſerat ſe ab eo cognitam puto ſtādum verbo mulieris: niſi vir eam cōuinceret per aſpectum: vt in ſeq. ver. q̄uis ca. videatur dicere qđ in hoc caſu ſtandum ſit verbo viri: vt. ſ. de deſpō. impu. duo pueri. ver. fi. ſed non ob. qꝛ ibi ſiue cognouiſſet ſiue non poterat matrimonium ↄfirmari impediente iuſtitia publice honeſtatis: vnde creditur ei in preiudiciū ſuum. ¶ Sed ſi mulier ſe cognitam aſſerat ab eodē in caſu iſto merito ei credi debet: quia vt credo vix inuenietur: aliqua que hoc aſſereret niſi verum eſſet cum ſciret ſibi preiudicium gn̄ari: maxime qꝛ tales cōſueuerunt colaphizari ſtimulis ſatane: vt. ſ. de eo qui cog. cōſan. vxo. ſue. c. iordane. ¶ Item quia cū rea ſit: ⁊ ſi nihil

preſtiterit abſoluenda eſt: vt. vſ. q. vlt. acto. C. de pba. actor. ⁊ de edē. q̃ accuſari nā ⁊ multi incurrerēt periuriū. vt poſſent diuidi ab vxore: ⁊ non creditur cōtra matrimoniū: vt. ȝ. de eo qui cog. cōſang. vxo. ſue. ſup eo credendū eſt igiꝭ mulieri que pro matrimonio cōfiteꝭ ſic al'a exponiꝭ. ȝ. de clāde. deſpon. c. ij. qđ dic vt not. ȝ. de clande. deſpon. ⸿. vtrū clādeſtina. ver. j. ⁊ ſe. ¶ Si autē marit⁹ aſſerat ſe cognouiſſe vxorē muliere ꝯdicēte ⁊ diuortiū petēte ſtandū eſt verbo viri qui caput eſt mulieris: vt. ȝ. de deſpō. ipu ꝯtinebaꝭ. ⁊ xxxiij. q. j. ſi qs acceperit. niſi mulier ipm cōuincat de periurio p aſpectū corpis vt. xxvij. q. j. nec aliqua. ȝ. de pba. propoſuiſti. ⁊ c. pe. qđ dic vt no. ȝ. de pba. ⸿. et quot ſunt ſpēs. ver. octauo. fit ēt pbatio per inſpectionē. ergo ſi mulier ſit corrupta caueat cui nubet: qꝛ ſtatur verbo viri nec corrupta ſe pōt virginē oſtēdere: cum nō ſit. vnde ſm hoc intellige. j. eo. c. j. ⸿. illa autē ⁊ q̄ dicxi. cur tā diu. ſubaudi maxime qꝛ idē. ⁊ ſi ab initio reclamaſſet ex quo matrimoniū cōtractū erat: ſed et qꝛ tādiu tacuit eſt maior preſumptio cōtra ipſam. arg. in his que not. ȝ proxi. ver. q̄ ſi marito. ¶ Sed alij dicūt qđ ille ⸿. corrigiꝭ per ſequentē qđ mihi nō placet. nam ⁊ poſſet ſaluari aliter: vt ſcꝫ mulier corrupta cōtrahēs audiaꝭ. ſi in nouitate. ſcꝫ intra duos menſes pclamauerit. et ſi maritus ipſam ſe aſſerat cognouiſſe: vt. j. eo. c. j. ⸿. ſi. ⁊ arg. ȝ. de cōuer. coniu. ex publico. ſi autē per annū ⁊ dimidiū taceat poſtea non auditur. arg. ȝ. de ſpon. ad id qđ. ⁊ ſic expreſſim loquitur. j. eo. c. j. ⸿. illa autem. tu vero etiam et hoc obijcias. ⁊ dictum ⸿. illa autē. intelligas in corrupta ſequentē vero in virgine. ꝗuis in vtroq̄ vir mulierē ſe aſſereret cognouiſſe: ſed virgo ipſum per aſpectū conuinceret: qđ
11 corrupta facere non pōt. ¶ † Sed quid ſi corrupta dicat qđ maritus ſectus eſt vel defectum membri patiꝭ. ⁊ quidē audienda eſt in hoc caſu: vt ptꝫ in his que not. ȝ. eo. ⸿. proxi. verſi. accidentalis. et. j. eo ⸿. ver. ſi. ſed coram quo fiet hec reclamatio: dic vt not. ȝ. de deſpon. impu ⸿. ſi. verſi. ſed coram quo. ¶ † Et
et. ṡ. eo. §. rñ. j. verſi. tertio. qđ tñ intelligas v pꝛopꝛio ſacerdoti ſemel in anno oia confiteatur: vel alij de lnia ſua. ſ. eo. ois. aliter nō eſſ3 pnia integra. ſm ea que not. ṡ. cod. §. qualis. ſub. § integri. ℭ Peccant aūt reges trahēdo clericos ad foꝛum ſuum vñ deponendi eſſent pꝛopꝛia dignitate. ſm bo. xj. q. j. nullus. nam qui celeſte3 militē pulſat eius foꝛū d3 ſeq̄ xj. q. j xpianus. ⁊ de hoc plene not. ṡ. eo. de fo. cōpe. §. ex quibus cauſis. ſub § liquet ēt ex pꝛemiſſis per totū. ℭ Scđo q: a clericis ⁊ eccleſijs: ⁊ perſonis eccleſiaſticis penſiones ⁊ ꝓcurationes ⁊ banna extoꝛquent ꝯ iura ⁊ eccleſiaſticā libertatē: ⁊ iō tenēatur pena. xx. li. auri aſtricti. xxv. qō. ij. quecunq; igitur. ℭ In quo caſu actione iuriaꝝ tenētur. ṡ. de iniu. olim. ad idem. xxiij. q. viij. §. ꝗ́uis. nam plus iuuat eccleſia regnū oꝛonibus ꝗ́ armis armiger. vt in. l. ibi ſeq. quicūq;. ⁊ de hoc plene not. ṡ. de immu. ecc. §. a quibus munerib⁹. et §. inquantū. ſub § ſed nec illa immunitas. ℭ Tertiū q: ducunt ſecum ad exercitum ſacerdotes cōtra iura xxiij. q. viij. quo auſu. et ca. ſi quis eps. c ſi vobis fratres. ⁊ repꝛehēſibile. xxxvj. diſti. ſi quis vult pontifex. qđ intelligas qñ vadunt vt pugnent perſonaľr vt ibi ſecus ſi ad dandum cōſilium^a vadunt in iuſto bello. ṡ. de voto. ex multa. § pen. ⁊ fi. qđ dic vt not. ṡ. de treu. ⁊ pa. § quid ſit iuſtū bellum. verſ. quinto ratione perſone. ⁊ ſequenť. ℭ Quarto q: non faciunt iuſtitiā. vñ ſunt deponendi. xv. q. vj. alius. ℭ Quinto q: tallijs ⁊ exactionibus ppľm dei affligunt indebite ⁊ coꝛpoꝛibus iniuriant: de quib⁹ deo tenētur reddere rōnem xiij. qōne. v. non ſane. ⁊. xxiij. queſtione. iiij. quando vult deus. ⁊. capit. ſi eccleſia. in fi. ℭ Sexto q: occupant alienas terras: ⁊ nō ſunt cōtēti pꝛopꝛijs finib⁹. xxiiij. q. iij. tranſferūt. ⁊ tales nō ſaluātur ēt ſi bene adminiſtrent niſi res alienas reſtituant ſm Aug. xiij. qō. v. neq; eñ. q: ſm Leo. nunꝗ́ ꝑagūtur bono exitu que malo ſunt pꝛincipio inchoata. lxj. diſt. miramur. ⁊ ideo ēt pñr iuſte impugnari: eſt eñ iuſtum bellum pꝛo rebus noſtris defendendis vel repetēdis. xxiij. q. ij. dñs. ℭ Itē cōtra ſarracenos qui terras noſtras ꝑ iniuſtitiā detinēt occupatas. xxiij. q. vj. diſpar. nimirū eſt ⁊ intendūt occupare ſi poſſent vt in capitulis ibi ſeq. ⁊ ꝯ excōicates xxxiij. q. v. olim veſtrū. ⁊. c. excōicatoꝛum. et q. viij. omni timoꝛe. ⁊. c. ſi nulla. ⁊. c. vt pꝛidem. ℭ Septimo q: cum vnus rex vni mulieri ſufficiat volunt tñ plures hře ⁊ tenere ⁊ cognoſcere: ſicut equus emiſſarius ⁊ mul⁹ quibus non eſt intellectus in aie ſue periculū et ſcandalu3 plurimoꝝ. quare ⁊ excōicari ⁊ deponi deberēt tales ſi incoꝛrigibiles apparēt: ſm Nico. ⁊ Gre. arg. xj. q. iij. pꝛecipue. cū nuľ

liliceat hre plures.ſ.de voto.gaudemus.
¶ Octauo ſimul crimen ſacrilegij ⁊ leſe maieſtat. ⁊ vſure cõmittunt iudeis ſup xpianos ſua officia cõcedẽdo.lxiij.di.nulla.xvij.q.iiij. conſtituit nec ob.ſ.de iudeis.ex ſpāli vbi innuit q hec poſſunt cõmitti iudeo a xpianis non ſuſcepto qꝛ illud ſm quoſdam de cõparatiua permiſſione eſt intelligendum ſicut ⁊ illud qđ dicit q ſi quis vult interficere vxorẽ ſuã vt accipiat aliã p̄lo dimittat ⁊ nõ iterficiat.nec eũ propter hoc ab adl'terio excuſatur:ſicut rex ſi talia cõmittat nõ a pctõ ſed a pena tpali excuſatur.dic vt not.ſ.de iudeis §.⁊ in quibus grauẽtur p totum ⁊ ſpāliter l ver.pñt tñ principes. ¶ Nono in decimis et primitijs quas non ſoluunt:ad q̃s tñ ſoluendas tenẽtur.xvj.q.j.reuertimini.⁊.c.decime. xxiij.q.v.dicat aliquis de cõſe.diſ.v.quadrageſima.vbi dꝛ qđ ita tenetur q̃s ad decimas dierũ.¶ Decimo in augurijs q̃ quidã ſequũtur ⁊ in ipſis cõfidunt ⁊ in quibuſdam alijs ſortibus ⁊ ſuperſtitionibꝰ a vera fide deuiantes.xvj.q.v.augurijs.⁊.c.epi.⁊ ideo ſine luce ſunt tales:qꝛ nihil melius reſplendet in prīcipe q̃ recta fides.ſ.de ſum.tri.inter claras. xcv.diſt.ſi imperator.¶ Hec ⁊ ſimilia reges caueant alioquin non ſunt digni noĩe regio appellari ſm illud.¶ Rex ſemp es ſi tu ſemper es preceptor honoris. ¶ Degener es ſi degeneres a laude prioris.

37 ¶ Cui dux. † dicunt quidã q metropolitano ſi ipm hꝫ in ſuo ducatu.al's illi.j.cuiꝰ dioceſim deliquit.vj.q.iij.placuit.ſ.de fo.cõpet. poſtulaſti.¶ Tu dic q illi epõ infra cuiꝰ dioce.hꝫ domiciliũ principale vñ epõ pragẽ. dioceſanꝰ regis bohemie: nunc cuiuſdã ducis tulit ſnīam diuortij inter ducẽ bohemie: ⁊ vxorẽ ſuam.ſ.de teſti.conſtitutis.ij.⁊ breuiter idẽ dic qđ dixi in rege.ſ.eo.ſub.§.cui rex.
¶ Peccant aũt duces in tallijs ⁊ exactiõibꝰ indebitis.xiiij.q.v.nõ ſane.¶ Scđo qꝛ faciũt cõſtitutiões imo potius deſtitutiones ſuas ꝯ eccl'iaſticã libertatẽ.ſ.de re.ec.nõ alie.cum laicis.ppter qđ tã ipſi q̃ ſcriptores ⁊ ſeruatores ſunt excõicati ipſo iure[a] ⁊ feudis q̃ tenent ab eccl'ijs ſunt priuandi.j.de ſen.exc.nouit.⁊.c.grauẽ.⁊ pñt feuda alijs potẽtioribus concedi qui ipſa petant ⁊ p eccl'ia recognoſcant.ſ.de feu.c.ij. ¶ Tertio qđ eſt cõe quaſi oĩbus principibus mundi.qꝛ volunt habere capellas ſuas ⁊ capellanos ſine auctoritate epali:⁊ volunt q capellani habeant curam aiarum ſuarũ vxorũ ⁊ familie ⁊ q oblatiões eis factas vbicũq etiã miſſas audiant ſuas faciant ⁊ imburſent:qđ iuri cõi nõ putamꝰ cõuenire:niſi forſan ſup his ſint a ſede ap.priuilegiati ſpāliter ſicut apparet in duce burgũdie:cuiꝰ capellã multis priuilegijs eſt munita.ſ.de priuil.cũ capella.vt tñ ſcias q alicui clerico in aliq̃ dignitate ꝯſtituto ne videatur priuilegiũ perſonale.ſ.de offi. deleg.qm̃ abbas.talia ppetuo cõmittant al's laicus de talibꝰ nõ dꝫ ſe intromittere: nec hre a ptãtem cõmittendi curam aie ſue:vel vxoris/ vel familie cui vult:vt appet in his q̃ not.ſ.ne prela.vi.ſu.ver.ſed ⁊ videtur.⁊ ſeq.⁊ idẽ faceret cõſuetudo antiqua.ar.ſ.de exceſ.prela.accedentibus.ad fi.⁊ de preſcrip.cũ olim.vt ⁊ no.ſ.eo.ſub.§.cui rex ver.tu dic.⁊ ſub.§ cui impator verſ.tu dic.¶ Multa ⁊ alia cõmittunt:⁊ quaſi quicquid not. de rege ⁊ imperatore ducibus ⁊ comitibꝰ ⁊ ſimilibus poterit adaptari.

[a] ¶ Sunt excõicati ipſo iure.⁊ adde tex.i.c. eos de immu. eccl.lib.vj. gl.in.c.j.§ iureiu. co. li.car.l cle. j.xvij.q. de vit. ⁊ hon. cleric.

38 ¶ Cui Marchio † dicũt qdaꝫ ⁊c.dic vt no.ſ.eo.ſub §.cui dux ⁊ no.q Marchio minor eſt duce:maior tñ comite. vñ ⁊ Marchio dꝛ ſpectabilis:comes clariſſimus q.qđ.vſ.anteriorũ.ſm quoſdã:ſed certe ſm diuerſarũ regionum cõſuetudines debẽt talia iudicari ſicut de alijs officijs eccl'iaſticis vt not.ſ.de offici.archi.§.⁊ quibus preeſſe intelligatur.⁊ de offic.archipreſ. §.que pertinẽt.ver.de his cardinalibus.⁊ de offi.primice.nã in regno italie planũ eſt q maiores ſunt Marchiones ⁊ in regno almanie in regno vero arelatẽ.⁊ Viennẽ.comites ſunt maiores. vnde nomen comitis preponitur in lr̃is ſicut comes dicitur ſabaudie ⁊ marchio in italia:comes ⁊ marchio puincie:⁊ breuiter de talibus oĩbus habentibus latas iuriſditiones:⁊ in diuerſis epiſcopatibꝰ: ſiue ſit dux ſiue marchio/ ſiue comes: dic vt ſupra not. ſub §. cui rex.
¶ Peccant hi omnes communiter:quia liberos homies ſubijciunt ſeruituti / ⁊ eis graues exiſtunt.xiiij.queſtio.v.non ſane. Cum tamen nullus liber ſeruus debeat fieri:niſi quando vendit ſe ad precium participandum.xxix.queſ.ij.relatuꝫ et in quibuſdam alijs caſibus

de quibus dic vt no. ſ. de ſer. nō ordi. §. qualiter liber ſeruus fiat. ſed ſicut dicit Salo. Breue regnū nō parcit ſubditis q2 in lata gente gloria principis: ⁊ in diminutione populi cōtritio principis denotat͛. j. q. iiij. ver. itē populus qui peccato achor. ⁊ verſic. item Dauid. ¶ Scd̄o q2 in licitis ⁊ honeſtis ſuis ſuperioribus inobediētes exiſtunt: ⁊ plerūq3 q2 pauperiores ſunt ipſos deſpiciūt ⁊ contēnunt. vñ peccatū idololatrie incurrūt. xxxij. di. §. verū. xxiij. q. j. quid culpat͛. ⁊. q. v. cū miles. ¶ Tertio quia propria temeritate ꝓprias vxores abijciunt: ⁊ al'as introducūt ⁊ polluūt: credētes ſibi neſcio ex qua corruptela conſuetudinis hoc licere. ſ. de diuor. porro. ⁊ de ſponſa. c. j. ¶ Quarto ꝙ ex primo ſequitur: quia de adulterio nati ſuccedūt: ⁊ ſic iure ſuo priuāt heredes legitimos qui deberent ſuccedere: nec ſaluari poſſunt niſi reſtituant. j. eo officij ſ. de vſuris cū tu. §. ſup his. ⁊ not. ſ. e. ſub. §. cui rex. ver. ſexto. ⁊. j. eo. titu. §. quibus ⁊ qualiter. ſub. §. quid de muliere. ¶ Quinto q2 nō ſeruāt iuſtitiam pauperi maxime qui nō h3 qd̄ offerat: et ideo non audit͛. vj. q. iij. pauper quē etiā plerūq3 ſuſpendūt ꝓ modico ⁊ qñq3 ſine iuſtitia per principē occidunt͛: nam qui nō timet iuſtū iudicē non credat eū pacificū beniuolū inuenire. xxiij. qō. v. regū. ¶ Sexto q2 epos ⁊ alios clericos nō honorāt ſicut deberent. ſ. de ma. ⁊ obe. ſolite. ſed eis iura ſua ſubtrahunt: ⁊ plerūq3 ſubijciunt ſeruituti: de quo tenent͛ in tremendo iudicio reddere rationē: q2 hoc faciunt ꝯtra iura. l. di. ius publicum. xj. q. j. continua. ſ. de iureiur. ꝑuenit. j. et ca. nimis. de iure diuino. ⁊. c. ſeq. ¶ Septimo q2 pro nihilo ⁊ de facili mouēt guerras: ꝙ et ſi magna cauſa ſubeſſet autoritate ꝓpria facere nō deberēt. ꝙ dic vt no. ſ. de treu. ⁊ pa. §. quid ſit iuſtū bellū. ¶ Octauo q2 non reddūt decimas ſicq3 primitias nec oblationes eccleſijs quibus dñt. de con. di. j. oīs. ⁊ no. ſ. eo. ſub. §. cui rex. ver. nono. ¶ Nono q2 ſi q̇s vaſſallorū ſuorū vel hoīm ipſos qñq3 offendant in aliquo ipm̄ nulla lata ſnīa exheredāt. ⁊ dicūt ſibi ius vel ipſemet ſnīam ferūt ſicut placet: ⁊ poſtea exequunt͛ cōtra iura. C. ne q̇s in cau. ſua iudi. vel ius ſibi dicat. l. j. C. de his q̇ ad eccle. cōfu. dānamus. C. de iude. nullus. ff. quorū leg. l. j. ⁊ ideo tenent͛ ad reſtitutionē: q2 nihil intereſt vtrū hoc fiat nulla lata ſnīa vel vitioſe lata. ff. qui ſatiſ. cog. quoties. ff. de auto. tu. nulla differentia. ¶ Decimo in iuſtitia differētia. nā et ſi qui inueniant͛ q̇ nullaten⁹ forſan vellent iniuſte ferre ſnīam: tot tñ dies aſſignāt ⁊ tm̄ affligūt partes laborib⁹ ⁊ expēſis ꝙ aut cogunt͛ iuri ſuo renūciare vel ipm̄ vendere. vel alias cōponere ſuper ipſo ſicut alias legitur. ſ. de reſcrip. nōnulli. ideoq3 tenent͛ ad reſtitutionē totius intereſſe et alias puniri debent. arg. ſ. de reſc. c. fi. §. fi. ⁊. c. ceterum. in fi. C. de iu. ſancimus. ⁊. l. ꝓperandū. §. illo proculdubio. ¶ Sed ⁊ omnia que de imperatore rege et duce diximus. et his omnibus quantūcunq3 poteſtatē terrenā habentib⁹: q̇ pro modulo ſuo adaptāt ſe potentioribus in malitijs exercēdis poterit adaptare.

39 ¶ Cui† procer ſeu baro. dic ſicut no. ſ. de rege. ſ. eo. ſub. §. cui rex. qñ tñ talis ⁊ tantus eſt ꝙ ciuitatem vel ciuitates habet ſub ſe: al's ſi caſtra tm̄ habeat: debet confiteri illi ſacerdoti infra cuius parochiā propriū ⁊ principale domicilium habet: vel de ipſius lnīa alij. j. eo. omnis. ¶ Quid ſi in diuerſis caſtris habet domiciliū: nec apparet qd̄ ſit principale vel caput baronie videtur ꝙ poſſit confiteri cuilibet q̄diu infra ſuā parochiā moratur ff. ad munici. aſſumptio. §. pe. ⁊. l. eius. qui. §. celſus. ſ. de parochi. c. fi. ſ. de fo. cōpe. ex parte. ſic habebit plures iudices ſpirituales: ſed ⁊ hic conuerti poſſet fraus ⁊ periculū: dicas igitur ꝙ aut in hoc caſu confiteat͛ oīa cuilibet: aut de lnīa ſui epi vnū ſibi eligat confeſſorem: ne contingat diuidi confeſſionē qd̄ fieri non debet. vt no. ſ. eo. qualiter. ſub. §. integra. ¶ Quid ſi caſtra et domicilia ſunt in diuerſis epatibus dic ꝙ ab vtroq3 epo lnīa impetretur. arg. j. de ſen. excō. cum illorū. §. ſi vero clauſtralis vel recurratur ad metropolitanum. arg. ſ. de deci. qm̄ ⁊ de fo. cōpe. ſane. ¶ Quid ſi ſunt diuerſarū prouinciarū recurratur ad primatē vel ad papā. arg. ſ. de iure pa. nullus. ⁊ in alijs iuribus. ſ. proxi. alle. In his tñ caſibus tutius eſt ad papā recurrere: q2 illud eſt ſine qōne. ix. q. iij. cūcta per mūdum. ⁊. c. per principalē. j. eo. c. fi. ¶ Peccant aūt tales in ꝯcuſſionib⁹: in rapinis: in talijs ⁊ in bellis iniuſtis: ſpolijs ⁊ homicidijs. ſ. de rap. c. j. ſ. de iureiu. ſicut. ⁊. j. ca. ſi. xxiij. q. viij. vt pridē. ⁊ in alijs: vt no. ſ. eo. ſub. §. cui marchio. ver. ſed ⁊ omnia. ⁊ per totum.

40 ¶ Cui† miles ſimplex planū eſt ꝙ ſacerdoti ſuo parochiali vel alij de eius lnīa. j. eo. eis. ¶ Hi milites peccāt q2 non ſunt ꝯtenti ſuis ſtipēdijs ſed concutiūt hoīes ꝯtra ſnīam Io. ba. dicētis. Neminē cōcutiatis neq3 calūniā faciatis: eſtote ꝯtenti ſtipendijs veſtris. xxiij. q. j. parat⁹ ad fi. ⁊. c. militare in fi. ⁊. lxxxvj. di. nō ſatis. in fi. ¶ Scd̄o peccāt impugnādo patriā et dñm ꝓpriū q2 ex vi fidelitatis ſeruire tenent͛: ⁊ ſi hoc non faciūt peccāt. ff. de iuſt. ⁊ iure. vt vim. ff. de reli. et ſum. fune. minime. xxiij. q. j. q̇d culpat͛ ⁊. c. ſumma militie. xxij. q. v. de forma. ¶ Tertio q2 fauēt dñis etiā in illicitis: ⁊ ſeruiūt in bellis iniuſtis qñ poti⁹ deberēt recognoſcere impatorē celr. xj. q. iij. iulianus. ¶ Quarto in torneamentis. ſ. de tor-

neamentis p̄ totū. ℂ Quinto in duellis que tota die offerunt ⁊ acceptāt ꝫ id qđ not. ſ. de purga.vulga.et de cleri. pugnan. in duello. ℂ Sed ⁊ in aliis de quibus nota. ſ.eo.ab il= lo.ſub.§.cui imperator vſqꝫ hic.

41 ℂ Cui mercator† planum eſt dic vt no. ſ. eo. ſub.§.cui miles. Peccāt aūt aūt mercatores ⁊ mercenarii in decimis pſonalib⁹ quas non reddunt ⁊ quas reddere tenētur ne dicam de predialibus.xxxii.di.pter hoc.xvi. q.i. decie. ſ.de deci.paſtoralis ⁊.c. tua nobis. ℂ Scđo peccant mercatores qꝛ ſub ſpecie liberalita= a tis ⁊ pietatis vſuram palliāt[a]: vendendo ad terminum vltra ꝙ debent. ſ. de vſuris.cōſu= luit.⁊ de hoc dic vt plene no. ſ. de vſu.§.qua liter contractus. ℂ Tertio peccāt in ꝯctibus etiam veris: qꝛ inter vēdentes ⁊ emētes diffi cile eſt nō interuenire peccatum. de peni. di. v.qualitas lucri.nā ⁊ vendere carius ꝙ ema tur turpe lucrum eſt. xiiii. qō.iiii. quicunqꝫ. ℂ Quarto peccant vendendo peregrinis et tranſeuntibus carius ꝙ vicinis. ſ. de contra hen.emp.c.i. ℂ Quinto in falſis ponderib⁹ ⁊ menſuris. ſ. de cōtrahen.emptio. vt mēſure. ℂ Sexto in mēdaciis ⁊ periuriis infinitis: q̄ qñqꝫ committunt anteꝙ vendiderint ſex nū= matas mercimonioꝝ ſuoꝝ. iurant eñi ⁊ affir mant ꝙ melior non reperiret. tm̄ ꝯſtitit. per deū nō habebitis ⁊ p̄ minori p̄cio. ⁊ in oībus mentiuntur: ⁊ ſic plerīqꝫ accidit qđ p̄ lucro vni⁹ oboli cōmittunt tria vel quatuor pecca ta mortalia magna. xxii. qō.ii. p̄mū.⁊.c.nihil autem.⁊.c.oē gen⁹.⁊.q.v.iuramēti.⁊ adde ꝙ no. j. eođ.§.quibus ⁊ qualiter. ſub.§.quid de negotiatoribus. ℂ Septimo non ſeruādo fi= dem datam: nec iuramentū preſtitum in ſo= cietatibus: vnde non eſt eis fides ſeruāda. ſ. de iureiu.c.iī.et. c.ſicut.⁊. j. in fin. ℂ Octauo non ſoluendo ad terminum ſicut iurauerūt: niſi iuſta cā eos excuſet. ſ. de pig.ſignifican= te. ℂ Nono trāſferēdo ſe ad regiones remo= tas: ⁊ nimiam morā trahētes: ⁊ ibi cū diuer= ſis etiā alienis vxorib⁹ adulteriū ꝯmittēdo. ⁊ ſuis cām adulterii p̄bendo. ſ. de ſponſa. in p̄ſentia. de q̄bus quot mala ꝓueniāt nemo eſt qui ignoret. ℂ Sunt ⁊ alia infinita que q̄ libet diligens p̄ ſe pōt notare. Sed hoc notā= dum de falſis mercatoribus: qđ in morte de toto labore ſuo nihil fecū niſi ſtercus fameꝫ ⁊ peccatum ſupra dorſum ferunt. ſicut dicit Chryſo. in illa palea. lxxxviii. diſt. eiiciens. ad idem ca.diſt. conſequens.

42 ℂ Cui ruſticus.† presbytero parochiali vel alii de ipſius licentia. j. eo. omnis. ℂ Peccāt autem ruſtici in decimis predialibus ⁊ per= ſonalibus quas non ſoluunt. ⁊ ſi ſoluunt di minuunt deducendo de fructibus expenſas ⁊ ſalaria colonorum alias fraudes adhibē= do. ſ. de decimis. cum hoīes de ozona. ⁊. c. cū non ſit in hoīe. et.c.nō eſt i p̄tāte. ℂ Scđo pec cant ruſtici diuites nō reuerē= do dominos pauperes nec eis in vite neceſſitatibus prouidē= do: qꝛ cū cuilibet fame morien ti deberēt ſubuenire. lxxxvi. di. paſce. ⁊ capi. non ſatis. multo= fortius dño ſunt aſtricti. ar. ſ. de teſta. cū in officiis. ℂ Tertio peccāt iura dñorum ipſis ſub trahendo et cū eis placitando a ⁊ vexādo laboribus et expēſis ⁊ aliquoties aliis potētiorib⁹ dando qui ipos ꝫ veros dños protegant. in quo quidē debitū non remittitur ſed augef. ſ. de iureiu. cā te. ſ. de decimis. tua nobis .§. pretextu vero nequitie. ad hoc. C de agri. ⁊ cēſi. queād modū. ⁊. l. litibus. et. l. cū ſatis. ⁊. l. nemini aūt liceat. li. xi. ⁊ in auf. de q̄ſtore. col. vi. ſ. de cen. ois aīa. ℂ Quarto peccāt i fe= ſtis q̄ non colunt ſed frangunt ⁊ violant cum in ipſis nullum mercatū nullū opus ſeruile ſit faciendū. ſ. de feri. c. i. ⁊ de ꝯſe. di. iii. c. i. qđ dic vt no. ſ. de feri. §. qđ in eis agi debeat. ⁊. §. qđ non. ℂ Quinto in homicidiis et periuriis falſis teſtimoniis: fornicationibus ⁊ aliis p̄nci palibus ⁊ cōib⁹ vitiis iniuriis ⁊ dānis vicinis p̄ ipſos datis. ſ. de iniuri. ſi rixati. ⁊. c. ſi leſe= rit quiſpiam. et. c. ſi egreſſus. et c. ſi culpa tua. et multis aliis. ℂ Unum tamen nota quod vi ta iſtorum tutior eſt ꝙ quieſcē tium delicioſorum diuitum et ocioſorum. vnde verſus. ℂ Di uitiis vti res eſt aduerſa ſalu= ti. ℂ Paucos crede bonos q̄s beat eris honos. ℂ Mollities veſtis coit⁹ gula cura quietis. ℂ Poſſunt luxurie quatuor cē tore. xxv. diſtinct. eccleſie prin= cipes. ergo res age tut⁹ eris. ⁊ de hoc no. ſ. eo. ſub. §. cui mo nachi. ver. ſeptimo.

43 ℂ Cui pueri.† ⁊ quidem pro= prio ſacerdoti. ex quo diſcretio nem habent. j. eodem. omnis. ℂ Peccant autem hi in crimi= ne ſacrilegii. ⁊ tūc ſunt ab ep̄o abſoluendi. j. de ſentē. exc. c. ſi.

a ℂ Uſuraꝫ palliāt. ad de doc. l. c. ꝙꝙ d vſu. li. vi. et per Pau. đ ele azar. i cle. j. eo. ti.

¶ Secūdo in crimine furti et periurij.§.de delic.pue.c.j. ¶ Tertio nō recognoſcēdo a deo bona fortune gratie et nature.nā et vitiū ingratitudinis talis incurrit.inſti. quib.mo.tute.fi.§. finit aūt tutela. ¶ Quarto caluniādo C.de.epi. et cle. oēs.§. fi. ¶ Quinto ēt adulterādo vel fornicādo.nā hec etas aliqñ anticipat vt.§.de deſpō. ipu.ipuberes.et.c.de illis. et.c.a nobis et narrat. Greg. in dialogo qđ qdā ipregnauit matrē ſuam[a] nono anno.et de ſalomone[b] dicit qđ in vndecimo anno habuit filium. ¶ Hec aūt ſpecialia non ſunt trahenda ad conſequentiam. nam prima facie preſumitur ꝙ impotēs ſit quouſqꝫ euidenter de cōtrario conſtet. et ſic intellige. §. de deli. puc.c.j.§.de frig.ꝙ ſcdē. ¶ Itē hoc intelligas de doli capace. et intelligitur qñ eſt ꝓximus pubertati[c] ſcđm quoſdā.ff.de ac. et obli.l.j. tu dic ꝙ hoc potius per exteriora bon⁹ vir eſtimabit.ar.§.de preſum.ex ſtudijs. vt tamē ſcias ꝙ etiā in talib⁹ non ſunt ſicut in adultis crimina puniēda.xv.qōne.j.§.vt itaqꝫ.Si vero nō ſunt doli capaces[d] tales non tenentur cōfiteri.et ideo nō eſt curandū cui confiteantur. tales eñ furioſis cōparantur qꝛ eorum etas quid videat ignorat.ff.de acquirē. poſ.l.j.§. furioſus.C. de falſa mo.l.j.ad fi.

44 ¶ Cui ruſtici ſint in alienis parochijs hyemātes: vel eſtiuātes: vel hi qui ſe transferūt ad alias ꝓuincias:non aīo remanendi ibi ſed forte ad tpꝰ ſe obſequio aliquoꝝ magnatū ꝓncipū ꝺeputantes. certū eſt qđ tales ſi laici ſunt pñt ſe transferre quo volunt dūtamen ſint liberi.et ſi ibi ſe transferrēt aīo ꝑpetuo remanēdi facti eſſent parochiani illoꝝ in quoꝝ dioceſib⁹ vel parochijs morarentur §.de parochijs.§.fin. ¶ Alias aūt dicēdū ē ſi tales nō intēdūt de relinqre domiciliū antiquū antiquo pſbytero vel de licētia ipſi⁹ alij et nō aliter ꝯfiteri dñt: eſt igitur bonum conſiliū quod tales a iudice ſuo ſpūali licentiam obtineant: vel ſaltem confiteantur ſub ſpe quod proprius iudex ratificet ſcđm ea que no.§.eo.§.reſpon.j.et idem dicendum eſt de familia nobilium niſi et ipſi aliud priuilegium a papa habeant pro ſe et familia ſua ſcđm ea que not.§.eo.ſub.§.cui dux.ver. tertio. ¶ Quid de familia epiſcopi vel archipreſbyteri ſi ſit de aliena dioce.idē videtur quod in familia alterius principis laici.Si vero ſit de dioce. propria:tunc ei cōfiteri debet vel cui ipſe mādauerit:ſed et proprio ſacerdoti de cuius parochia eſt confiteri vt patet in his que not.§.de offi. archipreſby.§.que pertinent.verſi.octauo. ¶ Quid de his qui hactenus hanc formā non ſeruauerunt: ſed ſimpliciter confeſſi ſunt cui volebant: ſi ſimpliciter et ignoranter hoc fecerint non credentes peccare: non accuſo ſed excuſo: fecerunt enim iuxta verba apoſtoli largo modo dicētis. Alter alteri⁹ onera portate:et ſic adimplebitis legem xp̄i.et iuxta regulam quā generaliter videtur tradere Iacobus apoſtolus dicens. Confitemini alterutrum peccata veſtra:et orate inuicē vt ſaluemini.de peni.diſt.j.c.fi. que quāuis aliter intelligatur vt not.§.eo.§.de quibus.ver.quid de veniali.tamen ſi non contēpſerunt qꝛ hoc ignorabant ſalui ſunt qꝛ cōtritio mundauit eos:et fides vſis eccl'ie:et clauis Petri.xj.q.iij. illud.et ca.abſit. et ca.plerūqꝫ.et.c. quomodo. de peni.diſt.iij.inter hoc hyrcum.et.c. prima ſolutio.et.c.eſt mihi deus.nam et ſi ſacramentum deficiat:fides tamē non deficit ſacramēti.§.de baptiſ.debitū.et de preſby. non bap.c. j.et.ij.ideoqꝫ eſt hoc mediocriter tolerandum. Sed de cetero ex quo certificati ſunt:ſi contēnerēt dānarentur.ar.§.de cōſe.eccle.aqua.viij. diſt.ꝯſuetudo.de ꝯſe.di.iij. ſcriptura dicit.

45 Quando confitendum eſt.

Et certe quandocunqꝫ homo peccauerit.vnde et ſi ſepius cadit homo per peccatum: ſepe reſurgendū per penitentiā:nec tardari debet cōfeſſio: vt ptꝫ in his que no.§.eo.§.qualis.ſub.§.feſtina.et ſub.§. frequēs. ¶ Ad minus tamen ſemel in anno confiteri oportet. et in paſchate ad minus:niſi de conſilio proprij ſacerdotis abſtineat: debet recipere eucharistie ſacramentum alias viuus ab ingreſſu eccleſie arceatur:et mortu⁹ eccleſiaſtica careat ſepultura: ꝙ ne qs cauſetur ignorantiā debet frequēter in eccl'ijs publicari.ſ.c.oīs.vtri.ſ.j.de hoc no.§.e.§.an et pctā dimiſſa. ¶ Itē ꝯfitendū eſt tpe pueritie: vt no.§.e.§. ꝓxi.ſub.§.cui pueri. ¶ Itē et tpe ſenectutis: in quo caſu ſi eſt in etate decrepita .ſ.vltra ſeniū iā ꝓceſſit puta pōt.lxxx.annos alleuiari debet ieiunijs et

a ¶ Quidā impregnauit matrē ſuā. Adde gl.ſumme xx.q.j. docto.in.c.fi. de eo qui co. cōſan.vx. ſue. et abb. j.c.j.de deli.pue.

b ¶ Et de ſalomone. adde Bal. in.c.ex trāſmiſſa.l.ij. col.de trāſla.prela.

c ¶ Proxim⁹ pubertati adde qs dicatur proximus pubertati. vide l. c. puberes j.c.lras. c. ꝯtinebantur et in.c. atteſtatiōes de deſpon. ipu. et not. in.l.j.ff.de do. et in.l. nō tñ.ff.de excu.tuto.

d ¶ Doli capaces. adde quis dicantur doli capaces. vid ꝑ doc.j.c.j. de deli.pue. car. in cle. j.in.v.q.de ho. Do.in c.j.§.qꝛ vo. ver.oppono. qđ minor.de re. li.vj. Lap alle.cxciij.

grauari orationibus. de pe. diſti. v. c. j. ⁊ ſi ha beat pecuniā redimat cū ipſa peccata ſua. de pe. di. j. medicina. Si nihil h₃ excuſat⁹ eſt ſ. de vſu. cum tu manifeſtos. §. illi autē. ſ. de ſolu. odoar. xiiij. q. v. ſi res. ſi vero ſit ſenex pu ta inter. lx. ⁊. lxxx. annos ↄſtitutus: forti⁹ pu niri d₃ q̄₃ decrepit⁹. tales enim cū peccāt iu uenes ad interitū trahūt. vnde Greg. laque⁹ iuuenum oēs mali ſenes: ⁊ maledict⁹ puer centum annoꝝ. ij. q. vij. Paulus dixit. Quid ſi ſit ita ſenex q᷑ oī diſcretiōe careat dic ſicut de pupillo et furioſo vt no. ſ. e. §. proxi. ⁊ ſub §. cui pueri. ver. ſi vero non ſit doli capax. ❡ Confitēdum eſt tpe ſanitatis. ⁊ eo tpe quo homo poteſt peccare ſunt relinquēda pecca ta et hec penitētia certa eſt ⁊ indubitabilis. ❡ Si autem tunc vis agere penitentiam qn̄ peccare non potes peccata dimiſerunt te: nō tu illa. ⁊ hec penitentia eſt incerta. non tamē eſt deneganda ſm̄ Auguſti. de pe. diſ. vij. c. j. ❡ Tempore igit̄ infirmitatis cōfiteri op₃ vn de dicit conciliū generale. ❡ Diſtricte p̄cipi mus medicis corporum ᵃ vt cum eos ad in firmos vocari ↄtigerit ipos ante oia moneāt ⁊ inducāt vt medicos aduocēt aīarum, ⁊ ita cū cā ceſſante. ſ. peccato. ꝑpter qđ forte miſit dn̄s infirmitatē ceſſet effectus. ❡ Hec inter alia dedit cauſam huic edicto qđ quidam in egritudinis lecto iacentes cum eis a medi cis ſuaderetur vt de animarum ſalute diſpo nant in deſperationis articulum incidūt. vn de facilius periculū mortis incurrunt. ❡ Si quis medic⁹ tranſgreſſor extiterit ab ingreſ ſu eccleſie per epm̄ arceat̄. ❡ Ceterū cu₃ aīa ſit multo precioſior corpe ᵇ ſub interminatio ne anathematis ꝓhibemus: ne qs medicoꝝ pro corporali ſalute aliqđ egro ſuadeat qđ in periculū anime cōuertat̄ vt oia hec pro bantur. ſ. eo. §. eo. cum infirmitas. ❡ Sic pre ſbyter ad infirmum vocatus nō d₃ pn̄iam de negare alioqn reus erit aīarum intelligas quo ad p̄ſbyterū: nā infirm⁹ in cōtritiōe ſal uabitur vt no. ſ. e. §. quib⁹ ⁊ quot dictis. ſub §. illud aūt. ⁊ q᷑ dn̄s dicit quacūq₃ die ↄuer ſus fuerit peccator ad pn̄iam vita viuet ⁊ nō morietur. vera eñ confeſſio in vlti. tpe poteſt eſſe. xxvj. q. vj. ſi p̄ſbyter. ⁊. c. ſcognouim⁹. et. c. preſbyter. ⁊ iunge qđ no. j. eo. que impediāt. ſub. §. deſperator. ver. tertium. ❡ Infirmo tñ nō eſt iniungenda pn̄ia ſ₃ innoteſcēda quā titas ⁊ qualitas vt ſic dicat ſacerdos ſi tu eſ ſes ſanus talē pn̄iam deberes agere: et vſq₃ ad tale tp̄s: ſed q᷑ infirm⁹ es nō iniungo. di co tñ tibiq₃ ſi deceſſeris facias talē elemoſy nam ſiue iniungas heredibus tuis q᷑ ipſam faciant ꝓ hac pn̄ia: ⁊ nos autoritate dn̄i nr̄i ieſu xp̄i ⁊ beatorum apoſtoloꝝ petri ⁊ pau li ⁊ ſancte eccleſie ⁊ officij nobis ↄmiſſi ⁊ no ſtra ſoluimus te ab his pecca tis ⁊ ab alijs de quibus nō re cordaris ⁊ ſi ſic mortat̄ eſt ami corum orationib⁹ ⁊ elemoſy nis adiuuādus oleo ante mor tem perungendus ⁊ ſacro via tico reficiendus. ꝓbantur hec xxvj. qō. vij. ab infirmis. Si au tem conualueris iterum humi liter confitearis vel nobis vel alij de licentia noſtra ⁊ facias penitentiam que tibi fuerit in iūcta: vt j dicto. c. ab infirmis. ⁊. l. diſtinc. ex his. xxvj. qō. vij. ſi quis de corpore. ⁊. c. ſeq. ❡ Et ſi tales decedant contriti vel cum certis ſignis contritionis etiā poſt mortē abſoluūtur ab eccleſia id eſt abſoluti fuiſſe in contritione oſtendūtur. ſic po teſt intelligi. j. de ſentē. excō. a nobis. ij. ⁊ vt oblatio ꝓ talib⁹ fiat. xxvj. qō. vj. ſi qs fuerit mor tuus vt ⁊ no. j. eodē. ſub rub. de remiſ. §. quid poſſit. verſi. ſed ⁊ viuis. ❡ Idem multo fortius fieri debet ſi dum omiſſu₃ fuit pro preſbytero obmutuit: vel amens factus eſt anteq̄₃ p̄ſby ter veniret dum tamen habeat de ſignis teſtimoniū quia forte tendebat manus ad celum p cutiebat pectus. dicebat miſe rere mei deus: eſto mihi pro pitius beata maria ora ꝓ me: vel ſimile quid multō fortius ſi nutum faciebat cū preſbyter adueniſſet. talibus enim ⁊ ex trema vnctio ⁊ euchariſtia mi niſtrāda ſunt. ⁊ qcqđ humani tatis pōt fieri exhibēdum. ⁊ ſi euaſerint pn̄iam faciāt ad ar bitriū ſacerdotis. xxvj. qō. vj. q̄ recedūt. ⁊. c. p̄ce. ⁊ tribus. c. ſeq.

Qualr ſacerdos ſe

debet habere erga confitentē. Et quidem primo conſiderari oportet vtrum ſit parochian⁹ ſuus: ⁊ tūc ipm audiat: vel ex traneus: ⁊ tūc ipm remittat: ni ſi in caſibus quos no. ſ. e. §. cui confitēdū ſit. rñ. j. ❡ Ex quo au tem d₃ vel pōt audire cōfeſſio nem doceat eū de forma ↄfeſſio nis. ⁊ p̄rio ↄſideret vn̄ eſt ⁊ vbi fuit nutrit⁹ vbi ↄuerſat⁹ ⁊ ſi vi det eū ſimplicē vel idiota₃: doc

a ❡ Medicis corporu₃. adđ text. j c. cū infir mitas. ex tra đ pe. ⁊ remiſ..

b ❡ Aīa ſit multo pre cioſior cor pore. adđ. c. precipi mus. xij. q. j. gl. i. c. j. de preb. lib. vj. ⁊ gl. in. c. dile cto. de ſen ten. excō. eo. lib.

ceat cū pater noſter. ⁊ aue ma
ria: ⁊ credo in deum: ſi neſcit:
vel moneat vel adiſcat: doceat
etiā ipm qualr dꝫ ꝯfiteri dicē=
do ei hi tot ⁊ tales ſunt articu
li fidei tue: vide ſi in his vnꝙ
erraueris vel dubitaueris ma
lo mō ⁊ perſeuerāter. nā ſcđm
Stephanū dubius i fide [a] in=
fidelis eſt. ꝫ. de hereticis. ca. j.

[a] ¶ Dubi⁹ i fide. adde qđ de dubio in conſciētia an itelligit̃ facere ꝯ conſcientiā. vide p bal. i c. fi. de conſue. bal. in c. ſi diligēti. de preſcrip.

¶ Dicat etiā hec ſunt mādata legis: vide ſi ſeruaueris: vt
in eis vnꝙ offenderis poſtea
deſcendat ad. vij. mortalia (pec
cata. de qb⁹ not. ꝫ. e. §. de qui=
bus. ⁊ j. e. §. que interrogatio=
nes. ſub. §. de ſuperbia. et ſeq.
¶ Doceat ⁊ ipm formā cōfitē
di: vt nec pctm̄ nec circūſtan=
tias celet. j. e. de⁹ q̄. ⁊ no. ꝫ. e. §.
qualis ſub. §. integra. ver. per=
dā. ⁊ ſequē. ¶ Dicat etiā ei ꝙ
humiliet ſe et ponat ad pedes
ipius: et ſi ſit femina inſtruat
ipam ꝙ ſemp ſedeat ex tranſ=
uerſo nec faciē ipius reſpiciat
qꝛ ſicut dicit Abacuch facies
mulieris vētus vrens: ⁊ ſcđm
doctrinam que tradit̃ Oſee. ij.
auferat fornicationes a ſua fa
cie: et adulteria ſua de medio
verborū ſuorū. ¶ Exinde mo=
neat ipm ad cōfitendū: primo
pio ac dulci ac ſuaui eloquio
inducēdo ad ꝯpunctionē ⁊ cō
feſſionē: et proponat ei benefi=
cia que cōtulit ſibi deus creā=
do ⁊ recreando aīe eternitatē:
vite breuitatē: mūdi mutabi=
litatē: fallaciā ⁊ deceptionem:
xp̄i pietatē qui nō venit pro=
pter iuſtos ſed ꝑpter peccato
res: ſicut patet in petro ⁊ pau
lo et latrone de quibus inue=
nies ſatis no. ꝫ. eo. qb⁹ ⁊ quot
dictis. ſub. §. que inducūt. § ſi
vero adhuc. ⁊ ſpecialiter paſ=
ſionē de qua Hiere. in treñ. O
vos oēs q̄ tranſitis per viā ⁊c.
Itē recordare paupertatis et
tranſgreſſionis mee: abſinthij
⁊ fellis. Eſa. xlix. Nunqđ obli
uiſci pōt mulier infantē ſuum
vt nō miſereat̃ filio vteri ſui: ⁊
ſi oblita fuerit illa: ergo non
obliuiſcar tui. ecce in manib⁹
meis deſcripſi te: muri tui co=
rā oculis meis ſemp. Dicat et
alia de quibus no. j. eo. § que inducant. Ite=
rum dicat ei ſi totū qđ cōmiſiſti ⁊ vere cōfitea
ris ſine dubio remittet̃ tibi culpa: ⁊ ego ab=
ſoluā te a pena. de pe. diſt. j. verbū dei dimit=
tit pctm̄: ⁊ ſacerdos eſt iudex: ⁊ in quacunꝙ
hora ⁊c. de pe. di. vij. c. fi. ſunt eñ ſacerdotes
vicarij ieſu xp̄i: ⁊ habēt claues regni celoꝝ ⁊
abſoluūt ante diem iudicij. de pe. di. iij. inter
hoc hircū. ij. ad idem. xj. q. iij. abſit. ¶ Sꝫ ⁊ ni
miam verecundiā auferat ei dicens: qꝛ nō cō
fitetur homini ſed deo: ⁊ ideo ſi nunc detegit
deus teget in die iudicij. Item ſi confitet̃ ni=
hil celans abſolutionē obtinebit ſi negat ve=
ritatē condēnabit̃ ei etiā tm̄ credet ſine teſti=
bus: qđ totū ꝯriū eſt in foro ꝯtentioſo. in hoc
tm̄ cōueniūt ꝙ in vtroꝙ credit̃ cuilibet ꝯ ſeq.
¶ Sed et ſi dicat ſibi qđ ſi timet verecundiā
hoīs vnius maior verecūdia ſequet̃ inde: qꝛ
velit nolit quicquid celauerit oportebit eum
ꝯfiteri in ꝯſpectu totius celeſtis curie ⁊ ami=
coꝝ tuoꝝ. de pe. di. j. §. ex his. ꝟ. nūc autē ſi re
cordaris pctōrum tuoꝝ. ⁊ iūge qđ no. j. e. § q̄
impediāt. ſub. §. pudor. ⁊ ꝫ. e. § qualis. ſub. §.
amara. ꝟ. primū. ¶ Si nec ſic ꝓficiat addat
de penis inferni. Soph. j. vox dici dñi amara
tribulabit̃ ibi fortis. dies illa dies ire ⁊c. Eſa.
xiij. vnuſquiſꝙ ad ꝓximū ſuum ſtupebit fa=
cies cōbuſte vultus eorū. ⁊ iūge qđ no. ꝫ. e. §.
qualis. ſub. §. feſtina. ⁊ j. eo. §. que inducūt ho
minē. Si vult ꝯfiteri ꝓcedat in interrogatio
nibus: ſicut no. j. e. § q̄ interrogationes: vt ſic
ab ore ſuo extrahat qđ forſitā ignorat: aut ve
recūdia duct⁹ occultat: nā clauis aptionis
eſt ſermo interrogationis et correctionis: qꝛ
increpādo culpā detegit quā ſepe neſcit is q̄
perpetrauit. xliij. di. ſit rector. ¶ Adſit aūt be
niuolus de vitijs ad virtutes paratus erige=
re peccatorē ⁊ ad onus ſecum portandū offe
rat ſe paratū vt not. ꝫ. e. §. in quo tenet̃ ſacer=
dos. ſub. §. ij. tenet̃. ver. ſed ⁊ tenet̃. ⁊ per totū.
Hanc igit̃ dulcedinē in affectu pietatis non
terreat qꝛ tm̄ affligit iuſtus quātū amat. vñ
Apl's: quis infirmat̃. ſ. peccando: et ego non
infirmor. ſ. cōpatiēdo. vij. q. j. § ſed tunc obſer
uando. caueat tñ ne ipm indiſcrete abſoluen=
do propter nimiā forte pietatē cū hec contri=
tio non exigat: qꝛ nec tanta eſt abutat̃ iudi=
ciaria poteſtate. de pe. di. vj. qui vult cōfiteri.
¶ Non tamē intelligas ꝙ oīa hec ſuperiora
⁊ inferiora ſemper ad vnguē ſeruanda ſint.
Sed diſcretus ſacerdos ſm ꝙ qualitas per=
ſone et verborū exiget eliget qđ ſibi neceſſa=
rium videbit̃ vel vtile hoc eñ ſcribimus ad
inſtructionē ſimpliciū ſacerdotū.
¶ Poſt pniam iniunctā moneat ipm vt ho=
neſte viuat ius ſuum vnicuiꝙ tribuat. ff. de
iuſt. et iu. l. j. quia ſcđm Grego. ſummū bonū
in rebus eſt ⁊c. xij. queſtione. ij. deuotiſſimā.

¶ Item moneat penitentẽ ꝙ vitet hereſim ⁊ idolatriã homicidiũ ⁊ adulteriũ falſum teſtimoniũ ⁊ qđ credat diẽ iudicij ⁊ reſurrectionẽ futurã. x. q. ij. placuit. ¶ Inducat eũ ad ſoluẽdas decimas ⁊ primitias: aliter ſaluari non a pōt. xvj. q. j. reuertimini. ⁊ c. decie. ¶ Et ꝙ ſoluat legata ⁊ debita predeceſſoꝝ ſuoꝝ: ⁊ maxime pijs locis relicta: aliter vſq ad euacuationem fidei mortaliter peccaret. xij. q. ij. qui oblationes. ⁊ c clerici. Et breuiter oẽ peccatũ mortale euitet: ⁊ qđ ſibi non vult fieri: alij ne faciat. ij. q. vj. decreto. l. di. pōderet. xij. q. j. primo. xiij diſt. duo mala. et. c. nerui. et qđ faciat oẽ bonũ qđ poterit ſemp vt de⁹ ipm illuſtret: ⁊ de bono in melius aſcẽdat et pficiat. de pe. di. ij quereudũ eſt. ⁊. c. pẽnata aialia. ⁊ ſi ſic pſeuerauerit ſalu⁹ erit et ſecurus hinc exibit ſm Aug. de pe. di. vij. q egerit. ⁊. c. ſi quis poſitus. ⁊ c. agens penitentiã.

¶ Si vero ſacerdos hz aliquẽ parochianũ peccatorẽ publicũ q nō vult cōfiteri neq vllo modo penitere: pmiſſa monitione dz eũ excōicare vel ſuperiori denũciare. xxxij. q. v. preceptũ. Et ſi habeat odiũ ꝯ fratrẽ dz eũ ad pacem faciendã cōpellere. xc. di. placuit. ⁊ ca. ſi qs ꝯtriſtatus. xxij. q. iiij. q ſacro. Debet ẽt cōpellere ipm ad pnlam agendã de piurio: fornicatione: adulterio. ⁊ alijs criminibus. ẜ. de ſpon. ad audientiã in fi. et de cleri. cōiug. c. j. b xxij. q. j. pdicandũ. ⁊ vndecũq clarucrint crimina puniant̃ ſm Gre. xj. q. iij. pcipue. ⁊ proſperũ. xxiiij. q. iij. ecce. ⁊ ſi inobediẽs fuerit expellat̃ ab eccl'ia nec poſtea de facili admittatur. xj. q. iij. qui iubẽt. latẽtia aũt delicta vindictã non hñt. xxxij. q. v. xpiana. vj. q. j. ſi oia.

¶ Uerũ circa hãc ꝯpulſionẽ doctrinã aug. ⁊ Gre. ẽ ſequẽda. ſ. ꝙ pmo arguat oportune. ſ. admonẽdo corripiẽdo. Scđo iportune. ſuſpẽdẽdo interdicẽdo. Tertio creſcẽte cōtumacia excōicãdo. xxiij. q. iij. ita planc. ⁊. c. forte. xliij. diſ. ſit rector. ¶ Si aũt h̃ cōmode fieri forte nō pōt pꝑter multitudinẽ vel potẽtiã holm admoneat eos verbis ⁊ terreat q̃tũ poterit ⁊ faciat q̃tũ in ſe eſt q̃cq̃d pōt: ⁊ ſic ſm quoſdã liberabit alam' ſuam dicens cum apoſtolo: munde ſunt manus mee a ſanguine omniũ veſtrum. xliij. diſtinc. epheſis. xlvij. diſtin. qđ ad nos attinet. et ſcđm Augu. xxiij. q. iiij. diſplicet. tu dic vt no ẜ. de renũ. ꝯ. cui. ⅌. graue ſcandalũ. ⁊ ſequẽtib⁹. ⁊ ſi nō vult alicꝗ cōfiteri ſaltẽ ſemel in anno pcedat ſicut no. ẜ. eo. ꝯ. quãdo. ¶ Hec tamen duo ſacerdos incorrupte cuſtodiat. ſ. qđ nulli noceat ⁊. olb⁹ prodeſſe poſſe velit xiij. q. v. deniq. ẜ. de poſtula. ca. ſi. nec malũ faciat: nec factũ approbet. xxiij q. iij. plane.

47 Que† impediant penitentiam. Multa. ſcilicet quatuor principaliter. ſcilicet pudor: timor: ſpes: et deſperatio.

¶ Pudor eñ mltos retrahit ⁊ a precipue hypocritas ᵃ ⁊ ſupbos qui volũt apparere hominibus de foris ſani ⁊ pulchri: cum tñ ſint interius infirmiſſimi et turpiſſimi et omni ſpurcitia repleti. ¶ Sed cōtra hũc pudorem eſt triplex medicina ſcilicet conſideratio rationis naturalis. ſi eñ non erubuiſti peccare quod inhoneſtum et inutile fuit non debes ſcđm ra b tionem naturalem erubeſcere confiteri quod honeſtum ⁊ vtile eſt. Ber. O inſania nimia hominum pudet ablui ⁊ non pudet inquinari pudet ſordes abſtergere ⁊ non pudet contrahere: abſtergitur caliga et contẽnitur anima. ¶ Secunda medicina eſt virtus diuine intuitionis cui nihil celare potes etiam minimã cogitationem ſupra. de iudi. nouit. ſupra ſimo. tua nos. in fin. Heb. iiij. oia nuda ſunt ᵇ ⁊ apta oculis eius ad quẽ nobis ſermo Boe. magna nobis indicta eſt ſi diſſimulare volumus bene viuẽdi neceſſitas cum omnia faciamus in cōſpectu iudicis cuncta cernentis. ad quid ergo illẽ erubeſcitis cōfiteri qui hoc nouit anteq factum eſſet. ¶ Tertia medicina eſt cōparatio future cōfuſionis. Naum tertio reuelabo pudenda tua ⁊ oſtendam gentibus nuditatẽ tuam et regnis ignominiam tuam. Hiere. xx. confundantur vehementer quia non intellexerũt opprobrium ſempiternũ quia nunq delebitur. Soph. j. ſcrutabor hieruſalem in lucernis ⁊ viſitabo ſuper viros defixos in fecibus ſuis. Eccle. iiij. eſt confuſio adducẽs ignominiã ſiue peccatũ: ⁊ eſt ꝯfuſio adducẽs gloriã. Aug. eſt ꝯfuſio tẽporalis que eſt ad horã: q quidem prodeſt. ſcilicet perturbatio animi reſpicientis peccata ſua et reſpectionem horrentis et horrore erubeſcentis: et rubore corrigentis: tali confu

ᵃ ¶ Hypocritas. adde gl. in. c. certe. xij. q ij. glo. in. c. citius. de pe. di. ij gl. in. l. illicitas. ff. de offi. pre.

ᵇ ¶ Oia nuda ſũt. adde tex. l. c. deus ops. ij. q. j.

ſicut volo confundi: non eterna a qua pecca tor cupio liberari.

¶ Timor. et iſte ſimiliter multos retrahit: qr timent peccatores qd non poſſunt facere pe nitentiam que eis iniungeretur: et contra hoc im pedimentum triplex pōt remedium adhibe ri. ¶ Primum remediū eſt pñtis pene mo dicitas. ¶ Scdm eiuſdem lenitas. ¶ Tertiū ipſius momētanea breuitas. Cum ex aduer ſo vitentur future. ¶ Magnitudo incōpara bilis. ¶ Acerbitas itolerabilis. ¶ Eternitas infernalis. Mat. xxv. Ite maledicti in ignem eternum. Hiere. Qui fugit arma enea leidit in arcum ferreū. Job. vj. qui timet pruinā. i. penam tpalem irruet ſuper eum nix. i. pena eterna. Eſa. xxxiiij. qs poterit habitare de vo bis cum igne deuorāte: et quis habitabit ex vobis in ardoribus ſempiternis. Idē. xxx. in fi. preparata eſt ab heri tophet a rege prepa rata: pfunda et dilatata. nutrimēta ei⁹ ignis et ligna multa dat⁹ domini ſicut torrens ſul phuris ſuccēdēs eā. ¶ Tophet eſt carcer in ferni: interpretatur eīm gehēna pauoris: vel plena pena ſtultorum.

¶ Spes que et multos retrahit a pnia. et eſt triplex. ¶ Prima eſt ſpes diu viuendi: ſed re frenatur autoritate Jacobi canonica. iiij. di centis que eſt vita noſtra vapor eſt ad modi cum parens et deinceps exterminabit. Job. xiiij. homo natus de muliere breui viuens tē pore repletur multis miſerijs zc. ij. ad theſſa lo. v. dies dñi ſicut fur in nocte ita veniet, cum enī dixerint pax et ſecuritas: tūc repēti nus ſuperueniet interit⁹ ſicut dolor in vtero habentis et non effugient. Marci. xj. vigilāte neſcitis enim qñ domin⁹ veniet ſero: an me dia nocte: an galli cātu: an mane: ne cum ve nerit repente inueniat vos dormientes. Job. xx. laus impiorum breuis eſt. et gaudium hypocrite ad inſtar puncti ſi aſcenderit vſqʒ ad celum ſuperbia eius et caput eius nubes tetigerit quaſi ſterqlinū in fine perdet. et q̄ cum viderāt dicent vbi eſt. velut ſomniū ad uolās non inuenietur tranſit ſicut viſio no cturna zc. ¶ Scda eſt ſpes tpales diuitias acquirendi. hanc refrenat dñs: Luce. xij. ho minis cuiuſdā diuitijs vberes fructus ager attulit: et cogitabat intra ſe dicens zc. et in fra. habes multa bona poſita in annos plu rimos requieſce: comede: bibe: epulare: dixit autem illi deus. ſtulte hac nocte aīam tuam repetam. alias repetent id eſt demones a te que autē paraſti cuius erunt. ſic eſt qui ſibi theſaurizat et nō eſt in deum diues. Job. xx vij. diues cum dormierit nihil ſecū afferet aperiet oculos ſuos et nihil inueniet: appre hendet eum quaſi aqua inopia: nocte oppri met eum tempeſtas: tollet eum vētus vrens et velut turbo capiet eū de loco ſuo: emittet ſup eum flagellū et non parcet de manu eius fugiens fugiet: ſtringet ſup eū manus ſuas et ſibillabit ſuper illum intuens locum eius:

¶ Tertia eſt ſpes miſericordiam dei ꝯſequē di qui neminem vult perire. Eſa. xxx. ppte rea expectat nos dñs vt miſereatur noſtri. et ideo exaltabitur parcens nobis. Sed ſtatim refrenatur ibi hec ſpes: quia ſtatim ſequit ſequitur: qr deus iudiciū dñs beati omnes q̄ expectant deum. ſ. pniam agēdo. vnde ſequi tur. plorans. ſ. peccator penitēs nequaq̄ plo rabit ſcilicet ineternum miſerans. i. miſerta ris anime tue agendo penitentiā miſerebi tur tui ad vocem clamoris tui ſtatim vt au dierit reſpondebit tibi ſed tamen penitentia neceſſaria eſt de qua ſequitur. dabit dñs vo bis panem arctū et aquā breuem. q. d. ad ſu ſtentationem nature. et ſequitur et erunt ocu li tui videntes preceptorem tuū: et aures tue audient verbum poſt tergum monentis ſub audi et dicentis penitentiam agite zc. hec eſt via ambulate in ea: neqʒ ad dexteram: ſcʒ p ſperitatis neqʒ ad ſiniſtrā. ſ. aduerſitatis. q. d. non confidatis de pſperitate nec timeatis aduerſitatem ſeu penitentie aſperitatem ſed ſi vultis vt miſerear perfectam penitentiam faciatis. hec duo impedimenta ſcilicet ſpes et timor precipue retrahūt vſurarios et aua ros qui nihil vellēt reſtituere. ſed ſemp acq̄ rere, vnde comparantur inferno. prouer. xxvij. infern⁹ et perditio nō replebunt: et ocu li holm inſatiabiles. ¶ Stulti ergo ſunt qui ſperant de miſericordia dei: et ſic in peccatis dies ſuos finiunt: de eiuſdē iuſtitia nō timē tes. de qua dicit Greg. ad magnā iuſtitiā iu dicādi ptinet: vt nunq̄ careāt ſupplicio: qui in hac vita nunq̄ voluerunt peccato carere.

¶ Deſperatio ſcilicet duplex. ¶ Prima eſt deſperatio veniam obtinendi: et hanc indu cunt tria. ¶ Primum eſt conſideratio pecca ti quantitatis. ſicut cayn Gen. iiij. maior eſt iniquitas mea q̄ vt veniam merear. contra hanc conſiderationem opponitur paſſio do mini noſtri Jeſu chriſti que fortior eſt ad diſſoluendum q̄ peccatum aliquod ad li gandum. Job. vj. vtinam appenderētur pec cata mea et calamitas quam patior in ſta tera: quaſi arena maris hoc grauior appa reret. ¶ Secundum eſt conſideratio fre quentationis. i. cogitat enim peccator: ad quid confitebor: cras caderem. Sed con tra hanc opponitur illud verbum domini nō dico tibi ſepties ſʒ et. ſeptuagesies id eſt quā docunqʒ ponitur enim finitū pro infinito. vn de Aug. qualis hic medicus eſſet q̄ malum iteratum neſciret curare. medicorum enī eſt centies infirmū centies curare. Idem omnis

Quũcunq; et quotieſcunq; peccator cuiuſq;
ordinis: etiã ſi fuerit ſacerdos. qui me confeſ=
ſus fuerit corã hoībus: ꝯfitebor ⁊ ego eum.
Idem ſanſimus primos patres noſtros. ⁊ in
omni tpe eccl'iam dei ſemꝑ vſq; in ſeptuage=
ſies: qđ eſt ſemꝑ peccata remittere. de pe. di.
iiij. §. Itẽ ꝙ frequenter. ⁊ c. ſeq. adhuc inſtant.
Ideo cui plus datur plus diligit. de pe. diſt.
iij. ſepties. et iunge qđ not. ẽ §. qualis. ſub §.
frequẽs. ¶ Tertiũ eſt conſideratio diuturni=
tatis: quãdo. ſ. peccator cogitat. tm̃ inuetera
tus ſum in hoc pctō: et tãdiu tenui ꝙ nunq;
magis miſericordiã obtinerẽ. ⁊ ideo non con=
fitebor. contra hanc opponit ſe pſal. dicẽs mi
ſericordia dñi ab eterno et vſq; in eternũ ſuꝑ
timentes eum. Ezechi. quacũq; hora cõuer=
ſus fuerit peccator ⁊c. de pe. di. iij. adhuc in=
ſtãt. Ideo pnia que dilata eſt et que ſtudioſius
petita fuerit: nõ negeẽ vt eo modo ad indul=
gentie medicinã aĩa vulnerata ꝑueniat. Idẽ
miſericordie dñi nec mẽſuras poſſumꝰ pone=
re. nec tpa diffinire. apud quem nullas patiẽ
venire moras cõuerſio. xxvi. q. vi. is qui in tẽ=
pore. ⁊ aug. exponẽs illud verbũ pſal nõ ab=
ſorbeat me profundũ neq; vrgeat ſuꝑ me pu=
teꝰ os ſuũ ſic ait. puteꝰ eſt ꝓfunditas hũane
iniq̃tatis in qua ſi cecideris non claudet ſuꝑ
te os ſuũ ſi nõ claudis tuũ. Confitere ergo et
dic de ꝓfundis clamaui ad te dñe: dñe exau
di vocẽ meã. ⁊ ſic euades de pe. di. ſ. nõ abſor=
beat. ⁊ iunge ea que no. ẽ eo §. qm̃ cõfitendũ
eſt. ⁊ ſeq. §. quibꝰ ⁊ quot dictis. ſub §. que in=
ducũt. ver. viij. ⁊ ſequen. ⁊ ſub §. ⁊ quis ſit ef=
fectus. ⁊ ſequen.

¶ Scđa deſperatio eſt poſt veniã iam obten
tam in bono perſeuerãdi. cogitat nempe ini=
quus q̃d valeret mihi venire ad ꝯfeſſionẽ. nã
⁊ ſi poſſem veniã ꝯſequi. nõ tñ poſſem in bo=
na vita ꝑſeuerare: qꝛ nimis eſt arta hec via ⁊
mee ꝯtraria volũtati. ¶ Vellẽ eñ comedere
ipſa ieiunare. ¶ Vellẽ dormire ipſa vigilare.
¶ Vellẽ gaudere ipſa lugere. ¶ Vellẽ poſt
ꝯcupiſcẽtias meas ire ipſa abſtinere. ¶ Vel=
lem diuitias ipſa paupertates. ¶ Vellem de
licias ipſa aſperitates. ¶ Vellẽ in mũdo ho
norari ipſa pro xp̃o oppobria pati. ¶ Et in
ſumma vellẽ viuere mũdo ipſa dño Ieſu xp̃o.
Sed et quis poſſet reſiſtere diabolo cui ſunt
mille nocẽdi modi. xvi. q. ij. viſis. ¶ Huic de=
ſꝑationi ſunt tria remedia opponẽda. ¶ Pri
mum remediũ eſt mortis cõmemoratio: que
omnia mũdana oſtendit vana ⁊ tranſitoria.
eccleſie. xij. ſi annis multis vixerit hõ: ⁊ his
oībus letus fuerit: meminiſſe debet tenebro=
ſi tpis: et dierũ multorũ qui cum venerit va=
nitatis arguenẽ preterita. quid eñ valet vi=
uere mundo et dies multos vite ſue hic va=
cando amittere cũ mors oſtẽdat vanã concu

piſcentiã carnis que datur eſca vermibus ⁊
cõcupiſcentiã oculorũ cum ſecũ nihil deferat
preter viliſſimũ ſudariũ ⁊ ſuperbiã vite cum
nunc ſepultus in elemẽto infimo. ſ. terra. te=
ratur pedibus qui olim per ſuꝑbiã alios con
ſueuerãt pedibꝰ cõculcare. In his aũt conſi=
ſtit quicq̃d in mũdo eſt Io. ij. c. ij. oẽ qđ in mũ
do eſt cõcupiſcẽtia carnis eſt ⁊ cõcupiſcẽtia
oculorũ ⁊ ſuꝑbia vite. pſ. ne timueris cum di
ues factus fuerit hõ. et cũ multiplicata fue=
rit gloria domus eius qm̃ cũ interierit non ſu
met oĩa ⁊c. Ber. ſi dicis durꝰ eſt mihi hic ſer=
mo. non poſſum mundũ ꝯtẽnere. nec carnem
meam odio habere. dic mihi queſo vbi ſunt
amatores huius mundi: qui ante pauca tpa
nobiſcũ fuerũt cõſidera q̃d ſunt et q̃d fuerint.
nihil ex eis remanſit niſi cineres et vermes.
hoĩes tñ fuerũt ſicut tu comederũt biberunt
riſerunt duxerũt in bonis dies ſuos ⁊ in pun
cto ad inferos deſcenderunt quid eñ profuit
breuis letitia. inanis gloria mũdi potentia.
carnis voluptas. falſe diuitie magna fami=
lia magna ꝯcupiſcentia: vbi riſus: vbi iocus
vbi iactantia: vbi arrogantia. de tanta leti=
tia: quãta triſtitia poſt tantã voluptatẽ quã=
ta miſeria. nihil eis accidit quin tibi accide=
re poſſet: qꝛ homo es. homo de humo. limus
de limo. eccle. vij. in oībus operibus tuis me=
morare nouiſſima tua ⁊ in eternũ non pecca=
bis. Sapiens ſumma phie eſt aſſidua mor=
tis meditatio. ¶ Scđm remediũ eſt hoſtis
debilitatio. Eſa. Incuruare. vt tranſeamus.
q. d. diabolus non poſſum per te tranſire: nec
tibi noſcere: niſi primitus voluntate propria
incurueris. Io. parũ timẽdus eſt hoſtis qui
non põt vincere niſi volentẽ. hoc ſignificatũ
fuit. Mat. viij. vbi dixit. legio demonũ dño: ſi
eijcis nos hinc mitte nos in gregẽ porcorũ. ⁊
ibi dicit glo. niſi quis more porci vixerit dia=
bolus in eo poteſtatẽ nõ accipit: ergo reſiſti=
te diabolo ⁊ fugiet a vobis. depone igiẽ pec=
catũ: quo factꝰ es ſeruus diaboli: ⁊ ſtatim vi=
gorẽ ſenties letabundũ. ¶ Tertiũ eſt hoĩs for
titudo: que fortitudo ex quatuor prouenit.
¶ Primo ex depoſitione peccati: ⁊ vinculorꝫ
liberatiõe: ⁊ letitia ſpũali. Salo. ¶ Animus
gaudens etatẽ floridã facit. ſpũs vero triſtis
deſiccat oſſa. Idem ſecura mens quaſi iuge
conuiuiũ oẽs dies peccatoris mali. ſic etiam
eris armatus ⁊ fortis: ⁊ a carcere liberatus.
eccle. iiij. melior eſt puer pauper ⁊ ſapiens. i.
penitẽs. q̃ nouꝰ hõ factꝰ eſt. ſm Hiero. l. diſt.
ferrũ. rege ſene et ſtulto. i. impenitẽte: q̃ regiẽ
a pctō inueterato: q̃ neſcit ſibi ꝓuidere ĩpoſte
rũ cũ ⁊ de carcere cathenisq; q̃s egrediaẽ ad
regnũ. i. de ſeruitute diaboli eripiẽ in libertatẽ
dei: qđ fit qñ pharao cũ oībꝰ egyptijs ſubmer
giẽ in mari rubro. Exodi. xiiij. i. in amara aq̃

lachrymarũ ꝑ paſſiõis xp̃i me moriam rub:icam. ¶ Scd̃o ex aſſumptiõe armature. de qua apl's ad Ephe. vj. induite vos a armaturã dei [a] vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli: q2 nõ eſt vobis colluctatio aduerſus carnẽ ⁊ ſanguinẽ ſ3 ad uerſus principes ⁊ ptãtes. aduerſus mũdi rectores tenebrarum har3 ꝯ ſpiritualia nequitie, i celeſtib⁹ ⁊c. ſtate ergo ſuccincti lũbos vr̃os in ꝟitate ⁊ induti lorica iuſtitie ⁊ calciati pedes in ꝑparatiõe euãgelij pacis in oib⁹ ſumẽtes ſcutũ fidei in quo poſſitis oĩa tela neq̃ſſimi ignea extiguere ⁊ galeã ſalutis aſſumere gladiũ ſpũs qd̃ eſt verbũ dei. ¶ Tertio ex ſocietate exercit⁹ oĩm iuſtoꝝ q2 cũ pctõr q̃diu in pctõ ꝑſiſtit ſol⁹ ſit: ⁊ ideo ve ſibi q2 nõ h3 ſubleuantem vt ait Salomõ. ⁊ ꝓbatur. lxxxj. diſt. in oibus. ex quo vere ꝯfiteaꝛ tã cito aſſociaꝛ exercitui oĩm iuſtoꝝ q̃ ſunt in eccleſia dei ⁊ oĩm angeloꝝ ⁊ ſctõrum. ps̃. ꝑticeps ego ſum. ſ. in eccl'ia oĩm timẽtium te ⁊c. hec ſocietas figurata ẽ. iudith. xv. ⁊ qm̃ aſſirij non adunati in fugã ibãt ꝑcipites. filij aũt iſrael vno agmine ꝑſequẽtes: debilitabant oẽs quos inuenire potuiſſent. ¶ Quarto ex dei illuminatione ac ꝓtectiõe ⁊ ſaluatione. ps̃. Dñs illumiatio mea ⁊ ſal⁹ mea quẽ timebo dñs ꝓtector vite mee: a quo trepidabo. Job. xvij. libera me dñe ⁊ pone me iuxta te: ⁊ cuiuſuis manus pugnet contra me. ad ro. viij. Si de⁹ ꝓ nobis q̃s ꝯ nos. cum igiꝛ hoſtis ſit tm̃ deꝑſſus: ⁊ tu tm̃ roboratus noli deſpare: ſ3 iacta cogitatũ tuũ i dño: ⁊ ipſe te enutriet.

proſunt ⁊c. quia quod ibi dicit intelligendu;
eſt de his tantu; qui ſunt in purgatorio. illi
eīm aut oīno liberantur ex quo ſc; videt̄ dn̄s
q̄ ſatis puniti ſunt aut tolerabilior eſt ipſa
damnatio. i. punitio: q; licet non exeant ſtatī
tn̄ alleuiantur ſiue leuius ferunt pena;. Hi
etiam qui ſunt in purgatorio poſſunt dici bo
ni ⁊ mali diuerſis reſpectibus boni eni; ſunt
quia ſaluantur mali vero ſunt quia mala ſu
ſtinent ⁊ ſuſtinebunt quouſq; a pena purga
torij miſericorditer liberentur.
¶ Et not. q̄ quidam faciunt pro his tertiu;
quidam ſeptimum: alij trigeſimum. alij qua
drageſimū vel centeſimū: vel anniuerſariu;
diē. de quib⁹ tāgit̄ ſ. de teſta. c. fi. ⁊ h; q̄libet
ſuam propriam rationem ſecundum Hug.
¶ Hi enim qui ſeruant tertium diem habēt
reſpectum ad trinitatem vel ad reſurrectio=
nem chriſti qui tertia die reſurrexit. ſupra d̄
ſumma trini. ca. j. ⁊ reſurrectionem cum chri=
ſto mortuis peroptātes. ¶ Qui vero ſeptimū
faciunt optant eis quietem ſeptime etatis q̄
cū octaua currit vel optant eis ſtolam aīe et
corporis. ſeptēnarius eīm cōſtat ex trinario ⁊
quaternario numero trinarius pertinet ad
aīam que eſt iraſcibilis: concupiſcibilis: et
rationabilis vel p̄pter ſuas tres dotes. qua=

ternarius vero ad corpus qd̄ conſtat ex quatuor elementis vel propter ſuas dotes quatuor quas habebunt ad quod accedit ſupra de celebra. miſſa. in quadam. ¶ Alij faciunt tricenarium q conſtat ex duobus quindenarijs: quindenarium autem ex ſeptenario et octonario conſtat per ſeptenarium ſignificā tur patres veteris teſtamenti qui ſeptimum diem: ſeptimam ſeptimanam: ſeptimū menſem: ſeptimum annū celebrabāt. per octonarium vero intelligūtur patres noui teſtamēti: qui octauum diem dn̄ice reſurrectionis. i. diem dn̄icum: et octauas ſanctoꝝ reſeruant: et celebrant per primum autē quindenariuꝫ intelligitur preſens vita patrū vtriuſqꝫ teſtamenti. per ſcḋm futura q̄ ꝙ ſeruāt triceſimū optant mortuis: vt ſicut in hac vita fuerunt in fide cum patribus vtriuſqꝫ teſtamenti: ita ſint cum eis gloriantes eternaliter in futura. ¶ Qui autem quadrageſimum ſeruant repreſentant dominicam ſepulturam optātes mortuis gloriam habere cum chriſto: qui xl. horis iacuit in ſepulchro: computata hora nona in qua emiſit ſpiritum et vltima hora noctis dn̄ice in qua reſurrexit. ſm Augu. ¶ Centeſimū vero facientes optant mortuis eternā beatitudinē: que per centenariū vltra quem non eſt numerꝰ deſignatur. ¶ Hi vero qui anniuerſarium faciūt optant mortis vitam eternaꝫ: que eſt ſine fine. et quaſi annus in ſe reuoluitur vel qꝛ ibi eſt idētitas et nulla varietas inuenitur. ¶ Sunt et alie rationes que leguntur. xiij. q. ij. ꝫ. de obſeruatione. et c. ſequētibus. et c. qꝛ alij. ¶ Hec ſuffragia pſunt mortuis vt dictum eſt. Sed pone quod duo homines deceſſerūt. vnꝰ diues pro quo multa fiunt ſuffragia. alius pauper de quo pauci vel nullus ſpecialiter cogitat. ſunt tn̄ eiuſdem meriti: quis exibit primo de purgatorio. dicit Aug. qd̄ ſuffragia miſſarū et pſalmorum que communiter fiunt pro omnibus cōiter proſunt eis. de conſe. diſt. v. nō mediocriter. ieiunia vero et eleemoſyne et orationes ſpāles pro diuite facto ſpāliter et eidem pro quo ſpāliter fiunt non alij pro quo non fiunt ſpecialiter pderunt et ſic citius exibit diues. ¶ Alij dicunt qd̄ vna et eadem die exibunt: qꝛ opera et charitatis ſunt oīa hec que fiunt pro mortuis. vnde is pro quo ſpāliter fit nō ſentit plus alleuiationis ꝙ aliꝰ: qꝛ charitas non agit perperā. non inflat. non querit que ſua ſunt ſed omnibus cōiter ſe participat: vt patet. de pe. diſt. ij. per totum. et in his que no. ꝫ. eo. ꝑ. quibꝰ et quot dictis. ver. proſper. et precedentibꝰ. ¶ Poteſt dici q hec opinio. ꝫ. pri. verſi. no. verior. ſiue benignior eſt. quid enim amittit is pro quo ſpecialiter fit ſi alij alleuiant. ſicut et ipe dum tn̄ de alleuiatione ſua nihil diminuatur. certe inuidia et charitas ꝯtradicunt. ſi ergo in charitate fiunt opera omnibus qui in charitate ſunt pdeſſe debent et ſic non citius exiuit diues ꝙ pauper. niſi forte quilibet haberet de alieno. c. libras. quas reſtituit heres diuitis. pauper aūt non habuit quid reſtitueret. et ideo magis erit in purgatorio: vt ſic reſtitutio quam debuit facere. in penā aliaꝫ ꝯmutet. ar. in his que no. ꝫ. de maledi. ꝑ. qualiter quodlibet genus. ſub ꝑ. blaſphemantes. verſi. qḋlibet quoqꝫ illorū predictorum dieꝝ etc. et q opera charitatis omnibus qui ſunt in charitate proſint etiaꝫ viuis probat Aug. dicens credēdum eſt em̄ et pietas fidei expoſtulat credere qd̄ oēs eleemoſyne totius eccleſie et orationes. et opera iuſtitie. et miſericordie ſuccurrāt recognoſcēti mortem ſuam ad cōuerſionē ideoqꝫ digne penitere nemo poteſt quē nō ſuſtineat vnitas eccleſie. de pe. diſtinct. vj. c. j. ¶ Quid ergo valent ſpecialia ſuffragia facta pro parētibus vt tu qui filius heres es non damnaris nam ad hoc obligatus es quinqꝫ legibus. ¶ Pria eſt lex nature. ſm illud Mat. vij. oīa quecūqꝫ vultis faciant vobis hoies etc. ad idem. ff. de reg. iur. ſm naturam. ¶ Secunda eſt lex ſcripture. Eccl. vij. mortuo non prohibeas gratiam. ſ. orandi et benefaciendi pro ipſo. nam ad hoc es aſtrictꝰ. ¶ Tertia eſt lex amicitie. Eccle. vj. ſi poſſides amicū ī tētatiōe poſſide illum. qui em̄ amicus eſt omni tpe diligit. et ipſi clamant. Job. xix. miſeremini mei miſeremini mei ſaltem vos amici mei etc. q. d. qꝛ mundus et caro et vite ſuperbie de quibus in vita ꝯfidebamꝰ et amicos noſtros eſſe credebamus dereliquerūt et deceperunt nos Grego. lex amicitie eſt vt qui diligit in proſperitate diligat et in tribulatione. ¶ Quarta eſt lex iuſtitie nam hereditas cū onere ſuo tranſit: et nos nihil habemꝰ niſi a mortuis: quia iuxta vulgare prouerbium. totum fuit alterius totum erit alterius: nec illi adhuc remanebit. ergo ferendus non eſt qui lucrū quidē amplectitur: onus autem ei annexum contēnit. C. de cadu. tol. l. vnica. ꝑ. pro ſecundo. et ſi non habes aliud a parentibus. tn̄ genuerūt te ad munus. ergo ſicut dr̄. Eccle. vij. honora parentes tuos: qꝛ nō eſſes niſi ipſi eſſent. Itē omnes ſumꝰ fratres et ſm carnē et ſm ſpūm. ergo ve ſoli et frater et qui a fratre iuuat qua ſi ciuitas firma. et Ephe. v. nemo vnꝙ carnē ſuam odio habuit. i. hfe debuit qd̄ eſt ſi non diligit: et ei ſubueniat qꝛ q̄ nō eſt mecū ꝯ me eſt. ¶ Quīta lex eſt ea collatio iude que hoc diffinit. cum enim iudas in bello ſtrennuus phibuiſſet ſuis q non intenderēt ſpolijs habita victoria: inuētī ſunt quidā de ſuis mortui q̄ ꝯ ꝓhibitionē ſuā ſpolijs intēderūt. ipſe

aũt habita collatione cũ ſapientioribus vtꝝ ꝑ talibus eſſet orandũ: ⁊ diffinito ꝙ ſic qꝛ eſſe poterat ꝙ inter flagella cõtriti eſſent anteꝙ̃ ſpũs exalaret miſit .xij. mi. dragmas argenti ⁊c. ſicut legitur .ij. machabe. ij. ¶ Scdo valeret ad orationẽ acquirendam ⁊ querelã ſanctorum expectantiũ vitandã. nam veriſimile eſt ꝙ anime liberate orẽt ꝓ illis quoꝝ ſuffragijs ſũt adiute. Eſa. ij. ibi erit gratiarũ actio ⁊ vox laudis pſal. me expectant iuſti donec retribuas mihi. ſ. id qđ pro me orant, vt cum ipſis veniã. Apoca. viij. vindica domine ſanguinem noſtrũ de his qui habitant in terra. i. terrenis inhiantes non curant de nobis: et ſequitur ſuſtinete modicũ tps donec impleatur numerus fratrum noſtrorum. ¶ Tertio valet ad euitãdam confuſionẽ querele pẽne ⁊ amicorum dicentiũ in die iudicij ꝯquerendo de te qđ etiã ea que preceperũt vel debuerunt tibi preciſe non feciſti: vnde cõqueritur pater de malo filio. ¶ Quarto ad bonũ exemplum ꝑbendũ alijs q̃ poſt te veniẽt. ¶ Quinto ad laborandũ ꝓ te ipſo. nã qui ꝓ alio orat ꝓ ſeipſo laborat. ¶ Sexto ⁊ vltimo ad honorandũ illũ ꝓ quo ſpecialiter fiunt ſuffragia. nam ſicut dicitur alie anime ſuffragijs participantes ei pro quo fiunt regratiãtur ⁊ coram eo portari ſiue repreſentari intelligunt ſicut corã dño ad mẽſam ſedentis ſed poſtea proportionaliter diuidenti cibaria vel exenia aliqua deportantur.

60 Que pena † ſit pro peccatis ſingulis iniungẽda. Circa hoc ſunt diuerſe opiniones quidam em̃ dicunt ꝙ oẽs penitẽtie arbitrarie ſunt ⁊ ad aliud arbitrium iudicis rediguntur. ⁊ hoc probat leo. xxvj. qõ. vij. tempora. ⁊ Nicolaus. c. de his penitentibus ⁊ conciliũ chartaginẽ. c. penitentibus. ⁊ Inn. de cõ. di iij. penitentibus. ⁊ Io. di. j. menſurã ⁊ hanc opinionem approbat conſuetudo qꝛ generaliter hoc ſeruatur ⁊ pro hac facit qđ doctores iuris cõiter tenent penam ſcriptaꝫ in iudicio criali ⁊ contentioſo mutari poſſet. qđ dic vt not. ff. de accu. § quis ſit effectus de qua hoc minus vr̃ eſſe concedendũ ꝙ̃ de penitentia. ¶ Sed ꝯ dicit Greg. dicens falſas penitentias dicimus que non ſcđm autoritatem ſanctorum patrum pro qualitate crĩs imponuntur. de pe. di. v. falſas. Sed dic hoc verum eſſe niſi ex cauſa vel conſideratis circunſtantijs pñia temperet. Item dicit Greg. ꝙ plurior debet eſſe penitentia ꝙ̃ fuit culpa. de pe. diſt. iij. productior. ſed hoc intellige de interiori penitentia: quia quotieſcunqꝫ recordatur dꝫ dolere: vt no. ff. eo. § quibus et quot dictis. ſub. § qualis dꝫ eſſe ꝯtritio. vel põt intelligi de pena quam patimur propter peccatum primi parentis. Itẽ dicunt Gre. ⁊ Hiero. ꝙ tanto tp̃e debent eſſe peccatores in pena quanto tp̃e fuerunt in culpa. xlvj. diſt. omnes. ver. humanũ dico. de pe. di. j. vnde benignũ. ꝟ. quãto tp̃e ſeruierũt chuſarſochoni. ad idẽ de pe. diſ. v. c. fi. xxvj. qõ. vij. qui diuerſorum. ⁊ c. ſacerdos. et. c. pro qualitate. Dicas ꝙ pro quolibet peccato mortali [a] dꝫ regulariter ſeptẽnis penitentia imponi: xxxiij. q. ij. hoc ipſum. ⁊ § ſeq. xxij. q. j. predicandũ. ⁊ eſt ratio vna: qꝛ dñs precepit mariã ſororeꝫ aarõ lepra percuſſam poni extra caſtra per vij. dies vt in. d. c. hoc ipm̃. ⁊ ſic accipitur dies. pro anno. alia ratio eſt vt ſicut peccator ꝑ peccatũ ſeptiformẽ ſancti ſpũs gratiã amiſit: ſic ꝑ ſeptẽnem pñiam recuperet: et eſt hoc verũ ſicut legitur in ꝓxime. ff. dicto ⁊ ſiducto § ꝙ ſemper eſt imponenda ſeptẽnis penitẽtia: niſi maior vel minor inueniat a canone expreſſa. in q̃ quideꝫ caſu ſi crimen publicũ ſit publica nõ maior vel minor pñia: ꝙ̃ ſcripta reperiatur imponenda eſt niſi ex magna cã diſpenſetur. j. e. queſitum. Si occultum: tũc indiſtincte arbitrarie imponitur vt ꝓbant cõcor. ſigna. ff. eo. § reſpon. j. ⁊ ar. ff. de apoſta. c. ij. in fi. de pe. di. j. iudicet. ⁊ diſ. v. conſideret. ⁊ c. quem penitet. ſm̃ magiſtrum meum. ¶ Certũ eſt ꝙ maior cã requiritur in publico ꝙ̃ in occulto in vtroqꝫ tamen minor ex cauſa penitentia poteſt imponi conſideratis criminis quantitate ⁊ perſone ⁊ dignitate cõditione ſexu officio paupertate infirmitate debilitate cõſuetudine complexione ſocietate contritione loci religionis ⁊ tẽporis qualitate cauſa animo ⁊ voluntate. et alijs circũſtantijs de quibus Aug. ponit. xc. de pe. di. v. c. j. probantur hec. j. e. ſignificauit. ⁊ c. deus qui. ⁊ c. omnis § ſacerdos. ff. de homici. ſicut dignum. ff. de eo qui cogno. cõſang. vxo. ſue. transmiſſe. ad fi. nã ⁊ oẽs dilationes

[a] ¶ Pro qlibet peccato mortali addõ tex. ⁊ gl. i. c. h̃ ipm̃. xxxiij. q. ij.

arbitrarie ſunt vt no.§. de dila.§.quis ſpās. dare dz ſupradictis igit cōſideratis aggrauabit vel alleuiabit ſacerdos diſcret⁹ penas peccantiū.de pe.di.j.in actione. ⁊.c.iudicet. q: apud deū plus vz mortificatio vitiorū ꝙ abſtinentia ciborum.de peni.diſ.j.menſurā. ¶ Sacerdos tñ ſibi conſulit ſi dicat chariſſime tu cōmiſiſti tot ⁊ talia pctā pro quolibet deberes penitere ſed forte vita tua ad hoc peragendum non extēderetur iniungo tñ tibi talem pniam pro oībus.cōcedo etiam tibi ꝙ quocū ꝗ ceteris remiſſiones prelatorum tibi facte proſint que al's non prodeſſent. J.e.ꝙ autem.⁊ iūge ꝙ no.§.e.§.qs ſit effectus. ſub §.flagella eleemoſyne autē quibus peccata redimuntur.lxxxij.diſ.c.fi.de pe.di.j.medicina.⁊ oīa alia bona que feceris ⁊ mala que ꝓ deo tolerauertis iniungo tibi pro pnia vt ꝓſint tibi in remiſſionem peccatorum tuorum ⁊ ſi interim moriaris autoritate dei ⁊ beatoꝝ apoſtolorum petri ⁊ pauli ⁊ ſancte eccleſie ⁊ noſtra abſoluimus te ab omnibus his que confeſſus es ⁊ ab aliis de quibus nō recordaris in quantū poſſum⁹ ⁊ debemus ita ꝙ ſi qd purgandum remanſerit in purgatorio purgetur iuxta miſericordem dñi voluntatem. xj.q.iij.abſit.⁊ patet in his que not.§.eod.§.⁊ an ficte penitenti.ſub.§.qd de operibus. ver. ad hoc dicas.⁊ ſeq ſic poteſt preſbyter ꝯſideratis conſiderandis in penitentiis diſpenſare.xv.q.vj.c.j.xj.q.iij.abſit.de con.diſti.iij.de penitentibus.niſi forte in canone ei inhibeatur: ſicut patet. §. de maledi. ſtatuimus. ibi nullam in hoc miſericordiam habitur⁹: vel dic ꝙ adhuc ex cauſa diſpēſare poteſt vt plene not. §.de maledi.§.fi.ver. preterea temporalem.ſuper verbo nullā in hoc. preſbyteri enim quantum ad penitentias confeſſionez corporis chriſti ⁊ predicationē tenent locuz apoſtolorum ⁊ hñt claues regni celorum.xj. q.vij.abſit.xxvj.q.vij.hoc ſit poſitum.⁊ c.alligant.de pe.di.iij.inter hec hyrcum caueāt tamen quod ſic arbitrentur: ne vileſcat autoritas eccleſie: ⁊ ne poteſtas clauium contemnatur.de pe.di j.ſunt qui arbitrantur. l.diſt. abſit ⁊.c.quā ꝑpoſtera. ⁊ ne ſeipſos onerent vt patet in his que no.J. e.ſub rub.de remiſ. §.ad quid valent.verſi.illud etiam conſultimus.⁊ iunge qđ no.J.e.ſub.§.fi.⁊ ſub rub. de remiſ. ver.remittit igitur ſacerdos. ¶ Conſulimus etiam ſacerdoti: vt quia ſecundum Gre.contraria contrariis purgantur ſiue curantur: peccatori confitenti ſemper per contrarium imponat penitentiam vt ſcilicet ſuperbo iniungat humilem orationem: auaro eleemoſonarum elargitionem: accidioſo peregrinationem: guloſo ⁊ luxurioſo abſtinentiam ⁊ carnis macerationem ⁊ diſciplinalē flagellationem: ſuſpecto de hereſi ſi clericus ſit bonus fidei predicationem ⁊ hereticoruz perſecutionem: maledico benedictionem et lingue refrenationem aliis ſatiſfactionis generibus ſimul iunctis. argumento. §. de purga. ca. inter ſollicitudines.§.precipias. loci quandoꝗ mutationem.lxxxj.diſtinctio. valet.perſone elongationem.xv.queſtione.j. mulier.et iunge quod no. §.eodem.§.quis ſit effectus.ſub.§.ſed ad hoc.

¶ Ut autem ſacerdos circa penitentias diſpenſando cautius arbitretur notandi ſunt et caſus in quibus per canones certe pene ſeu penitentie imponuntur. nam canones penitentiales tenetur ſcire ſacerdos alias vix in eo nomen ſacerdotis conſtabit ſecundum Auguſti.xxxviij.diſtinctio.que ipſis.et ſunt hi. ¶ Primus canon dicit quod preſbyter ſi fornicationem fecerit penitentiam x. annorum facere debet hoc, modo incluſus ſacco indutus ⁊ humi ꝓſtratus miſericordiā dei iugiter implorās trib⁹ mēſib⁹ cōtinuis de veſpera ad veſperā pane et aqua vtatur exceptis diebus dominicis et precipuis feſtiuitatibus in quibus modico vino piſciculis et leguminibus recreatur. elapſis et finitis ſic tribus menſibus exit de carcere non tamen procedit in publicum ne grex fidelis in eum ſcandaluz patiatur. per hoc apparet quod loquitur de publico crimine. ¶ Poſt hoc reſumptis aliquātulū viribus anno vno ⁊ dimidio i pane ⁊ aqua penitet exceptis dominicis ⁊ aliis precipuis feſtis in quibus vino ⁊ ſagimine ouis ⁊ caſeo reficiatur. Finito ſic primo anno et dimidio particeps ſit ſanguinis et ad pacem et pſalmos cum aliis fratribus cātandos in choro admittit tamen ad cornu altaris non accedat; ſed minorū ordinum tantum officia gerit. ¶ Deinde vſꝗ ad expletionem ſeptimi anni tres legitimas ferias.ſ.ij.⁊.iiij.⁊.vj.exceptis diebus paſcalib⁹ qui ſcilicet ſunt quinquaginta in pane et aqua ieiunet tamen ſecundam feriā vno pſalterio vel vno denario poterit redimere. ¶ Si ſic ſeptimum annuz compleuerit poteſt eum epiſcopus ad gradum priſtinum reuocare. ita tamen quod in trib⁹ annis ſubſequentib⁹ omni ſexta feria nulla interueniente miſericordia in pane et aqua ieiunet. ¶ Sacerdoti etiam pro quolibet peccato ſiue crimine quod depoſitionem inducit eſt conſimilis penitentia iniungēda. ¶ Probātur hec omnia.lxxxij.diſtinctio.preſbyter ſi fornicationem fecerit. ⁊ intelligunt hoc quidam etiam ſi fornicatio ſimplex ſit. alii de adulterio vel inceſtu. ¶ Secundus canon dicit quod ſacerdos cognoſcens filiam ſuam ſpiritualem ſcilicet quam bapt

zauit vel cõfirmari fecit vel in penitentia au-
diuit.penitentiam.xij. annorum agere debet
et eſt ſi in publicum prodierit deponendus.
epiſcopus autem qui talia commiſit. xv.an-
nis peniteat mulier vero religioni tradenda
eſt rebus ſuis pauperibus erogatis.xxx.q.j.
ſi quis ſacerdos.ꝛ ca.non debet. ¶ Tertius
quod ſi quis contra naturam peccauerit et
eſt clericus deponi debet vel religioni tradi
ſi corrigibilis apparet ad perpetuam peni-
tentiam peragendam ſi laicus excõmunica-
re: et a cetu fidelium vſq; ad condignam ſa-
tiſfactionẽ fieri alienus. ꝫ.de exceſ.prela.cle-
ri.ꝛ iunge qꝺ no.ſ.e.ver.quadrageſimus.hoc
autẽ vitiũ maius eſt q̃ ſi matrẽ quis cogno-
ſceret.xxxij.qõne.vij.adulterij.ꝛ de hoc no.ꝫ.
eo.§.de quibꝰ.ſub.§.actuale.ver.inter pecca-
ta.ꝛ ſub §.illud queri.ver.ſecundũ. ¶ Quar-
tus quod ſacerdos qui intereſt clandeſtinis
nuptijs triennio ſuſpenditur.ꝛ ſi culpa hoc
exegerit grauius puniaꝛ.ꝫ.de clan.deſpon.
cum inhibitio.§.penul.per cõſtitutiones au-
tem legatorum apoſtolice ſedis in prouin-
cia tales ſiue ſint clerici ſiue laici: ad ſedem
apoſtolicam ſunt mittendi: non dicunt tamẽ
quod ſint excõmunicati: ſed quod citra ſedẽ
apoſtolicam abſolui nõ poſſunt: intelligas
tu a peccato. conſuetudo tamen in pleriſq;
locis prouincie tales excõmunicatos repu-
tat quouſq; per ſedem apoſtolicam fuerunt
abſoluti: puta tamen qꝺ aſſignanda ſit dies
talibus infra quem iter arripiãt: quo elapſo
ſi non obedierint ſunt ad hoc per cenſuram
eccleſiaſticam compellendi: et ex quo pro-
pter hoc ligati erunt non debent abſolui:
quouſq; iter perfecerint.argu.ꝫ.de ap. que-
ſtioni. ¶ Quintus quod ſi quis votum ſim-
plex violauerit: tribus annis penitere debet
xxvij. diſtinc. ſi vir. ¶ Sextus quod ſi quis
excommunicatus celebrauerit: triennio pe-
nitere debet: et a vino et carnibus abſtinere
xj.queſtione.iij.de illis. ¶ Septimus quod
qui alium iniuſte accuſat ad mortẽ.lx. dies
in pane ꝛ aqua per.vij.annos peniteat ſi ac-
cuſatus occiſus ſit ſi membrũ perdidit per
triennium ꝫ.de accuſ.accuſaſti. ¶ Octauus
quod quicunq; filiam ſpiritualem vel com-
matrem ſuam cognoſcit per.vij. an.peniteat
ꝛ ei conſentientes ſimiliter.xxx.q.ij.non opor-
tet. ¶ Nonus quod ſi quis deſponſatam alij
duxerit: eam dimittat. et.xl. dies in pane et
aqua per. vij. an. peniteat. ꝫ. de ſpon. duo-
rum accepiſti. ¶ Decimus qꝺ qui cognoſcit
duas commatres: vel ſorores ſiue viuat vxor
ſiue non ad minus. vij. annis peniteat licet
plus deberet.xxx.qõ.iiij.ſi pater. ¶ Undeci-
mus quod homicida voluntarius ſine ſpe
reſtitutionis deponiꝛ.ꝛ.vij.annis peniteat.l.

diſt. miror. ¶ Duodecimus quod caſualis
per.vij.an. peniteat.l.diſt.ſi qua.ꝛ c. ſi quis.
ꝛ.c.eos. ¶ Decimuſtertius quod ſi hoc factũ
ſit propter neceſſitatẽ euitabilẽ: per duos an-
nos debet penitere.l. diſtin.de his.licet eſſet
ineuitabilis: in nullo imputareꝛ.l.diſt. qꝛ te.
qꝺ verũ eſt quo ad peccatũ.ſed ad cautelam
ꝛ innocentiam ſuam eccleſie oſtendendã bo-
num eſt penitere.ꝫ.de homici.c.ij.§.fi.xxxiiij.
q.ij.in lectum. xxiij.q.iij. excõmunicatorum.
ſed ꝛ ſi quis per inſaniam cõmittat homici-
dium non imputatur.iij.q.ix. indicas.xv.q.j.
aliquantos.ꝛ c.illa.et.c.ſi quis. ¶ Qui vero
etiam intuitu diſcipline incaute percutien-
do occidit deponitur. ꝫ. de homici. preſby-
terum.xv.q.j.ſi quis non iratus.ſed ꝛ qui li-
gatum latronem interfecit deponitur.ꝫ.de
homici.ſuſcepimus. ¶ Decimuſquartus ꝙ
matricida per.x.an. peniteat ſcđm formam
ſatis aſperam traditam.xiij.q.ij. latorẽ.vxo-
ricide autem imponitur maior penitentia.
talis enim ꝛ qui dominũ occidit.nunq̃ equi-
tat nec vehiculo deportatur: vt patet.xxxiij.
q.ij.admonere. ꝛ.c.quicunq;.q̃re dixit Hug.
ꝙ maius peccatum eſt vxoricidiũ q̃ matrici-
dium: cuꝫ grauius puniatur. arg.xxiij.q.j.
non auferamus. alij contra: ſed ideo maior
penitentia imponiꝛ quia promptiores ſunt
homines ad occidendas vxores: q̃ matres.
arg.ff.de pe.aut facta.§.fi.que autẽ pnia im-
ponatur his qui filios occiderũt: dic vt no.ꝫ.
de his qui fil'.occide.§.qñ ꝛ qualis peniten-
tia. ¶ Quintuſdecimus ꝙ periurus per.xl.
dies in pane et aqua per.vij.an peniteat.et
ſemper debet eſſe in penitentia.ſ.inferiori.vj.
q.j.quicunq;. ¶ Sextuſdecimus in falſa mẽ-
ſura eſt.xxx. dierum in pane ꝛ aqua peniten-
tia imponenda.ꝫ.de contrahen.emp.vt men-
ſure. ¶ Decimuſſeptimus ſi quis ſolẽniter
penituit ꝛ poſtea redijt ad vomitũ.x.an.peni-
teat.de pe.di.v. ſi qui vero. ¶ Decimuſocta-
uus qui deuotã ſeu monialẽ cognoſcit.x.an-
nis peniteat.ꝛ ipſa ſimiliter penitentiã agat
ſcđm formã traditã. xxvij.q.j. de filia.ꝛ.c.de-
uotã. ¶ Decimuſnonus qui cantat miſſam
ꝛ non cõicat anno penitere debet et interim
a celebratione miſſarũ dꝫ ceſſare.de ꝯſe.di.ij.
relatũ. ¶ Uigeſimus ſacerdos qui mortuũ
clericum inuoluit in palla altaris.x.annis.ꝛ
v.menſibꝰ peniteat. diaconus ꝓ triẽnio ꝛ di-
midio ſiue ſex mẽſibus.de ꝯſe.di.j.nemo per
ignorantiã. ¶ Uigeſimuſprimus qui cõmit-
tit ſacrilegium violando eccl'iam vel criſma
ſeu calicem ſacrũ pollutis manibus accipit:
vel ſimilia cõmittit ann. vij. peniteat in duo-
bus primis non intrat eccleſiam et vſq; ad
quartũ nõ offert ꝛ tribꝰ diebꝰ in hebdomada
a vino ꝛ carnibꝰ abſtinet ieiunãdo ſed ꝛ alia.

conſiderāda ſunt ſicut de hoc plenius inue=
nitur.xij.q.ij.de vno. ¶ Uigeſimuſſecundus
ſi parentes frangūt ſponſalia filioꝝ triennio
ſeparanꝰ a cōione. et filij ſimiliter ſi in culpa
ſint. Sed ſi filij ſcđm ꝓmiſſionē factā ꝯtradi
xerint excuſanꝰ vtriqꝫ quo ad penā eccleſie.
intelligas non quo ad reatū: ex quo dederūt
operam in contrariū.xxxi.q.iiij.ſi quis parē=
tes.ar.de peni.diſt.j.ſi cui. ¶ Uigeſimuſter=
tius qui ducit in matrimonium quam pol=
luit per adulteriū.v.an.penitet.xxxj.qō.j.ſi
qua vidua. ¶ Uigeſimuſquartus q̄ maledi=
cus ꝯ deū vel aliquē ſanctorū ſuoꝝ linguam
publice in blaſphemiā relaxans debet, age=
re penitentiā per.vij.hebdomadas: ſicut ha=
betur.ē.de maledi.ſtatuimus. ¶ Uigeſimuſ=
quintus in ſacerdote denundante illum qui
ſibi cōfeſſus eſt verbo vel ſigno: qđ dic vt no.
ē.co.§.in quo tenenꝰ. ¶ Uigeſimuſſextus qui
compulſus conditionaliter periurat ſi liber
ſit.xl.diebus per.vij.an.penitet: ſi ſeruus ſit
tribus annis.xxij.q.v.qui cōpulſus. ¶ Uige
ſimuſſeptimus qui periurat in manibus epi
vel in cruce ſacrata tribus annis qui in non
conſecrata vno anno penitet qui coactus et
per ignorantiam iuris tribus quadrageſi=
mis.xxij.q.v.c.ij. ¶ Uigeſimuſoctauus qui
ſcienter falſum iurat vel alium iurare com=
pellit.vij.an penitet.xxij.q.v.ſi quis conui=
ctus. ¶ Uigeſimuſnonus qui in dicēdis ho=
ris canonicis ⁊ alijs officijs diuinis conſue=
tudine metropolitane proprie eccleſie diſcre
pat.vij.menſibus cōione priuanꝰ ſi ex cōtem=
ptu hoc accidat.xij.diſtin.de his. ¶ Trigeſi=
mus epſ qui ordinat ſine iuſta cauſa clericū
inuitū vel penitus inuitū abſolute anno ſu=
ſpenditur.lxxiiij.diſt.c.ij. ¶ Trigeſimuſpri=
mus epſ qui correctionē de venditione my=
ſteriorū diſſimulat duobus menſibus ſacer=
dos quatuor: diaconi ⁊ ceteri ad arbitrium
iudicis penitet.j.qō.j.quicquid inuiſibilis.
¶ Trigeſimuſſecūdus ſortilegus.xl.diebus
penitet.ē.de ſortile.requiſiſti. ¶ Trigeſimuſ
tertius qui videt in aſtrolabio duobus an=
nis penitet.ē.de ſortileg.ex tuarū. ¶ Trige=
ſimuſquartus ſi per negligentiam aliquid
de ſanguine ſtillauerit in terrā.i.tabulā ter=
re adherentē lingua lambatur ⁊ tabula ra=
datur ſi non fuerit tabula locus corrodatur
cauando ⁊ cōburatur ⁊ cinis iuxta altare cō
datur ⁊ ſacerdos.xl.dies peniteat.ſi ſuper al
tare ſtillauerit calix ſorbeat miniſter ſtillā et
tribꝰ diebꝰ peniteat.ſi ſup lintheū altaris et
ad aliud ſtilla ꝑuenerit.vij.diebus.ſi vſqꝫ ad
tertiū.ix.ſi vſqꝫ ad q̄rtū.xx.diebꝰ peniteat ⁊
linthea q̄ tetigerit ſtilla tribꝰ vicibꝰ mi=
niſter abluat calice ſubterpoſito ⁊ aqua ablu
tionis ſumanꝰ vel iuxta altarē condanꝰ ſi ſine
abhominatione ſumi non poteſt.de conſe.di.
ij.ſi per negligētiā. ¶ Trigeſimuſquintus ſi
quis per ebrietatē vel voracitatē euchariſtiā
euomuerit.xl.diebꝰ ſi ſit laicus. clericus aūt
lx.diebus epſ.xc.diebus penitet. ſi propter
infirmitatē hoc accidit.vij.diebus.de conſe.
diſt.ij.ſi quis per ebrietatē. ¶ Trigeſimuſ=
ſextus qui preſbyterū interfecit.xij.an.peni=
teat: vt.j.c.ij. ¶ Trigeſimuſſeptimus qui do
mum vel areā volūtarie ſuccēdit: ſublata vł
incenſa oīa reſtituat et tribꝰ annis peniteat
ē.de iniurijs.ſi quis domū.canon tñ dicit qđ
ſi ex odio vel pro vindicta hoc fecerit: excō=
cari dꝫ: nec abſoluinꝰ quouſqꝫ ſatiſfecerit.pe=
na aūt imponinꝰ vt hieroſolymis vel in hiſpa
niam vadat in dei ſeruitio per annū integrū
moraturus. ſi quis archiepiſcopus vel epſ
hoc relaxauerit dānum reſtituat ⁊ per annū
ab offō epali abſtineat.xxiij.qō.viij.peſſimā.
hodie poſtqꝫ denūciati ſunt nō poſſunt abſol
ui citra ſedē apłicam.j.de ſen.excō.tua nos.
qđ dic vt no.ē.de rap.ſub ru.de incendia.§.⁊
qua pena.ver.ſed ſm canones.⁊ ſeq. ¶ Tri
geſimuſoctauꝰ qui cōicat heretico inſcius
anno peniteat.qui ſcienter.v.an.qui permit=
tit hereticū cātare miſſam ignorāter.xl.dies
ſi ꝓ reuerētia eiꝰ ꝑ annū.ſi in ſubuerſionē fi=
dei.tāqꝫ hereticꝰ dānanꝰ: niſi ꝑ.x.an.peniteat
ſi quis receſſerit ab ecclīa ad hereticos ꝯfu=
giēs: ⁊ alios ad h idē faciēdū induxerit.xij.an.
peniteat tres ex ecclīā.vj.iter audiētes.duo
ex cōionem ⁊ ſic.xij.an.cōionē ſine oblatione
participat.xxiiij.q.j.ſi q̄s dederit. ¶ Trigeſi
muſnonꝰ q̄ ignoranꝰ cognoſcit duas ſorores
vł matrē ⁊ filiā: vł amitā ⁊ neptē.vij.an.peni
tet ſi ſciēter ꝑpetuo caret ꝯiugio.xxxiiij.q.ii.
ſi q̄s cū duabꝰ. ¶ Quadrageſimꝰ q̄ cū brutis
coierit pluſqꝫ ꝑ.vij.an.peniteat.idē ꝓ leeſu.
xxxiij.q.ij.c.h ipꝫ.⁊.§.ſe. ¶ Quadrageſimuſ
primꝰ pſonꝰ q̄ res ecclīe dilapidat: āno peni
tet.xvj.q.vij.filijs. ¶ Quadrageſimuſſecūdꝰ
q̄ luſtrat domū ſuā cū magicis ⁊ icātatoribꝰ
v.an penitet.xxvj.q.v.q̄ diuinatiōes.⁊.c.nō
liceat. ¶ Quadrageſimuſtertiꝰ ſi mus come
dat corpꝰ xp̄i ſacerdos.xl.dies peniteat.ſi ꝑ=
didit.xxx.di.de cō.di.ij.q̄ bñ.ſi icaute dimiſit
quāuis nihil nephādū inde acciderit tribus
menſibꝰ ab offō ſuſpēdinꝰ.ē.de cuſte.euch.c.
j. ¶ Quadrageſimuſquartus q̄ iurat nō face
re pacem cuꝫ ꝓximo ſuo anno peniteat ⁊ ad
pacē redeat.xxij.q.iiij.q̄ ſacramēto. ¶ Qua=
drageſimuſquintus ꝓ ꝑiurio adulterio ⁊ ho
micidio danꝰ regułr.vij.an.idē ꝓ fornicatio=
ne lꝫ nō ita aſpera pnīa iniūganꝰ.xxij.q.j.pre
cauēdū.ałs incipit ꝑiudicatū.xxxiij.q.ij.hoc
ipm.⁊.§.ſeq. ¶ Quadrageſimuſſextus q̄ ſciē
ter rebaptizatur.vij.an.penitet: faciēdo tres
quadrageſimas: et feria quarta et quinta

in pane ꝛ aqua ieiunādo: ſi pro vitio hereſis hoc fecerit. Sin aūt pro immunditia. i. ꝓ ſalute corporis obtinēda vt. ſ. de apoſta. c. ij. tribus annis peniteat. de ɔſe. diſti. iiij. qui bis. ꝛ talis qui bis baptizatur vel etiam confirmatur fit de foro eccleſie ꝛ cogitur fieri regularis. de conſe. diſtin. v. dictum eſt.

¶ Licet aūt oēs circunſtantie diligēter ſint attendēde: principaliter tamen conſiderāde ſunt qualitates perſonarū. nam ſi ſeruꝰ ſit. ꝛ timore peccauerit obediendo dn̄o in atrocioribus mitius puniendus eſt. xxij. q. v. qui cōpulſus. xij. q. ij. cum deuotiſſimam. et tn̄ in talibus nō tenebatᷣ obedire. xi. q. iij. ſi dn̄s. lxxxvi. di. amputatis. xxiij. q. iiij. duo iſta nola. ꝙ ſi volūtate peccauerit acrius ꝙ̄ aliꝰ ēt in corpore punitur. xxiiij. q. i. qui ꝯ pacez. xij. q. ij. qui manumittitᷣ. iij. q. xi. ſi quis ex familiaribus. nec eſt ſeruo iniungenda peregrinatio per quam dn̄s qui in culpa non eſt ſeruy ſeruitio nimium defraudetur. i. de ſent. excommu. relatum.

¶ Si vero peccator liber ſit: totā pn̄iam a canone ſtatutam ſi fieri poteſt explere dʒ. xxvi. qō. vij. ſacerdotes penitentiam. de pe. diſti. i. nonnulli vero. Sed ex cauſa poterit moderari vt no. ſ. eo. §. ver. certum eſt.

¶ Si diues ſit inquiras caute et aſtute que cauſa mouit ipſum ad peccandum. ꝛ ſi pure confiteatᷣ veniā promittas. de pe. diſt. vi. c. i. ad fi. et impone pn̄iam in ieiunio oratione ꝛ elemoſyna conſtante ꝙ ſi delicatus ſit caueas ne aſperum ieiuniū iniungas. xli. diſt. non cogātur: ſed aggraua eum in eleemoſynis. de pe. di. i. medicina. nec dicas ꝓpter hoc venalem dn̄m: ſed peccator vēdidit ſe ere alieno. xv. q. i. non eſt in fi.

¶ Si ſit puer: non tenetur confiteri quouſqꝫ ad annos diſcretionis ꝑuenerit. i. eod. ois. i. quouſqꝫ ſciat diſcernere inter bonum ꝛ malum. ſ. de deli. pue. pueris. antes eñ neſciūt tales quid faciant. xv. q. i. §. vt itaqꝫ. ſed et ratione fragilis etatis minor eſt penitentia imponenda: vt in dicto §. ꝛ ideo etiam inter plenam ꝛ ſemiplenā pubertatem diſtinguēdū eſt. ſicut no. ſ. de deſpō. impu. ꝛ de frī. ꝛ de deli. pue. ſ. eo. §. cui. ſub. §. cui pueri cū diſcretione. ergo que eſt mater oim virtutū [a]. iij. qō. v. pn̄tium. ſ. de offi. cuſto. c. i. eſt penitentia imponenda. vt ale hoim corrigantur. nunc pleciendo nunc ignoſcēdo: qꝛ hoc ſolū bene agitur. xxiij. q. v. prodeſt. ꝛ multa bona preſtantᷣ inuitis. xlv. diſtic. ꝛ qui emendat. ¶ Si ſenex fuerit: dic vt no. ſ. §. quando confitendū. ver. item confitendum eſt tp̄e puericie. ꝛ ſeq.

¶ Si ꝑlatus ſit ꝛ publice peccauerit: acrius ꝙ̄ alius puniri debet propter exempli perniciem. xi. q. iij. ꝑcipue. ſ. de voto magne. lxxxij. diſtinct. nemo quippe. Si vero occultum ſit: ipſum mitiꝰ punias qꝛ vbi malum oritᷣ ibi dʒ mori. ij q. i. ſi peccauerit. l. di. de his. pbr̄ tn̄ magis puniendus eſt ꝙ̄ diaconꝰ. ꝛ ſic procedo deſcendendo. nā gradus dignitatis vel ordinis peccatū aggrauat. xl. diſt. homo chriſtianus. lxxxix. diſt. ad hoc deus. de pe. di. iiij. §. finis. vbi dicit in domo patris mei manſiones multe ſunt. ſic enim intelligēdum eſt et de domo inferni et de domo huius mundi.

¶ Si ſit monachus vel aliꝰ religioſus iniungas qḋ decetero ſeruet regulam quam ꝓfeſſus eſt: qꝛ ſm̄ Aug. hec eſt ſumma penitentia. xii. q. i. non dicatis. vbi dicitur ꝙ ſi vltro cōfitetur parcatᷣ ei: ꝛ oretur ꝓ ipſo. ſi cōuincitur grauius puniatᷣ. non tn̄ iniungatur tali in clauſtro propter fratrum ſcandalū ieiunium ſpeciale. ſm̄ Baſi. xx. qō. iij. monachi. ꝛ §. ſi. poteſt tn̄ puniri in ciborum abſtinentia cum ꝛ ſine ſcādalo poſſit comedere magis vel minus. Itez in oratione ꝙ ſi ſolitarius ſit tali indici pōt ieiuniū ꝛ ſi inuenias qḋ ſine prelati lnia propriū teneat terreas ipſum: qꝛ niſi maiori ſuo reddiderit ſaluari nō pōt: imo ꝛ fit eiꝰ oratio l pctm̄. xij. qō. ij. nolo. et ſi inuenias ꝙ ſit tranſgreſſor regule acriter punias: nam talis ſcḋm Gre. magis delinquit: ꝙ̄ ananias ꝛ ſaphira qui ſctō ſpūi ſunt mētiti. xvij. q. i. ananias. ꝛ qͥ ſine cōditione vouet talis ſine conditione reddere tenetur. xvij. q. i. nuptiarum. xxxij. queſtio. viij. c. vnico.

¶ Si ſit benigna et cadatᷣ in pctm̄ carnis grauabis eam in orationibus ꝛ ieiuniis: et iniūges eidez ne decetero impietatem nutriat ſub ſpecie pietatis. xviij. queſtione. ij. pernicioſam. ꝛ c. ſeq. ꝛ ſi votum non fecit conſulas qḋ contrahat ex quo continere nō poteſt. nam ſcḋm Hiero. melius eſt coniugium ſubiiſſe ꝛ ambulaſſe per plana ꝗ̄ ad altiora tendere et in

a ¶ Que eſt mater omnium virtutū. Add clemē. paſto. i. §. verum. ḋ re. iu. glo. i. c. expoſuiſti de prebē. arc. in. c. ꝗ epiſcopꝰ. xxxiij. diſtin. Bal. in. c. finem litibꝰ. ḋ dolo et cōtu.

profundum inferni cadere.xx.vij.qō.j.nuptiarum.

¶ Si ſit monialis diſtīguēdū eſt inter diuerſos gradus monialium. nā quedam ſunt laice quedam corrupte ⁊ profeſſe conuerſe. ⁊ iſte minus peccant ꝙ conſecrate.xxvij.qō.j.c.j.⁊.c. he vero. ¶ Alie ſunt velate velo profeſſionis tantū et iſte magis peccāt ꝙ prime minus tn̄ ꝙ conſecrate. ¶ Alie conſecrate et iſte magis peccāt: de his duobus gradibꝰ.xxvij.queſtione.j. ne aliqua. et.c. de viduis. ⁊.c.que chriſto. ¶ Alie diaconiſſe: ⁊ he ſimiliter magis peccant.xx. qō.j. ſanctimoniales. ¶ Alie abbatiſſe ⁊ he ſimiliter magis peccant.xx.qō.j.iuuenculas. ¶ Eſt et ſextum genus. nam ⁊ alique ſunt aſſiſterie.j. incluſe. et qui tales corrumpit acriꝰ eſt puniēdus: ꝙ ſi corrūperet aliam monialē.xxvij.q.j.ſi quis rapuerit. ¶ Alie etiā ſunt conuerſe ſeculares non ꝓfeſſe: vt ſunt cōuerſe ſecularīū eccleſiarum: ⁊ plebium: vel hoſpitalium ſine regula approbata: ⁊ iſte minꝰ peccant. nam ⁊ ſi contrahat tenet matrimonium: vt probat a ꝯtrario ſenſu.xxxvij.queſtio.j. vt lex continentie.

¶ Si ſit ſecularis: omnino: cōſidera vtrum ſit puella et virgo ſub poteſtate parentum cōſtituta ⁊ nimis laſciua et tunc afflige eam ieiunijs ⁊ diſciplinis ne cadat in peccm̄ luxurie. nam luxuria mulierum ferenda non eſt: imo quia acrior eſt ꝙ virorum: acrius eſt domanda.xxxij.queſtione. iij. meretrices. eſt tamen nihilominus et ſi peccauerit conſolāda: quia ſexus muliebris magis debet moneri ꝙ terreri.xxvij. queſti.j.de viduis.

¶ Si ſit coniugata: preuideas: qꝺ ſine ſcādalo viri penitentiā imponas ſcilicet qꝺ i abſentia viri affligat ſe diſciplinis: et ieiunet. preſertim ſi maculauerit thorum viri: ad qꝺ nulla cōditiōe debuiſſet induci. xxxiij. q.v.§ eſt ꝗ. in preſentia ꝟo viri abſtineat nō q̄litate ſ; a q̄ntitate ciboꝝ. ſicut no.ſi.ꝗ.e.ſub.§.ſi ſit monachꝰ. ⁊ inſiſtat fortiꝰ orationibus ⁊ ſi forte aliqꝺ crimen publicū commiſerit: qꝺ bene ſcit maritꝰ puta oppreſſit filiam: vel ſimile quid ꝯmiſit tunc ſub pretextu illius peccati ſi poteſt ſic fieri: etiam de occulto penam agat: ſic qꝺ decetero mereaꝛ vocari caſta: non adultera. xxxij. q.j. q̄ datum tibi.⁊.c.nō erit turpis. nomen em̄ adulterij vitij nomen eſt non nature ⁊ egreſſus vitij virtutis operatur ingreſſum.xxxij. q.j.cū renunciatur.

¶ Si ſit vidua. aggraua ipſam in ieiunijs ⁊ orationibꝰ ſuis magis ꝙ alīs mulieres: nam tales orationibus ſuis et meritis debēt eccleſiam adiuuare.lxxxj.diſt. vidue.⁊ iō ſi vidua non poteſt ieiunare: eſt orationibus aggrauanda vt ibi.⁊.xxxj.q.j.q̄ꝺo virginibus.

a ¶ Si ſit meretrix [a] inducas vt ceſſet a peccato: eidem ſi ceſſauerit veniam pollicēdo: alioquin ſaluari nō poteſt. nam ad talem prohibet dominus accedere cuius pudicitia venalis eſt turpitudo.xxxij.queſti.iij.meretrices. xxxiiij.diſtinctio.vidua. Sed ⁊ ſi dicat quod ceſſare non poteſt non eſt danda penitentia: quia nec potes. debes tamen ei conſulere vt faciat eleemoſynas et omnia bona que potuerit: vt ſic dominus eam reſpiciat: ⁊ cor illius illuſtret ad penitentiam faciendam. de pe.diſtinc.v.falſas.in fi. quod dic vt no. ꝗ.eo.§.et an ficte penitenti.ſub quid de operibus.ver. quid ergo ſi aliquis peniteat.⁊ ſeq.

¶ Sic ergo q̄uis canones certas penas imponant in caſibus.pn̄t tn̄ ex cā augmentari ⁊ minui: conſideratis his de quibus no.ꝗ.ſ.§.reſpon j.℟ certū eſt.⁊ reſpectu lachrymaꝝ ⁊ contritionis.de pe.di.iij.de penitentibus ⁊ magnitudine peccī ⁊ altitudine dignitatis.nā ab epō vſq; ad vltimum miniſtrum ſicut maior precedit culpa: ſic maior implicanda eſt vindicta.l.di.q̄ tua.xxj.qō.j.nulli fas.⁊ ideo clerici ſunt magis ꝙ laici puniendi propter exempli.perniciē.xxj.q.iij.precipimus.etiā q̄ raro clericus vere penitēs inuenitur: nō em̄ confunditur q̄ peccauit: ſed q̄ gloriam ſuā amittit: ſm̄ Chryſo. de pe.di.j.ꝺs nūq̄.⁊ ſm̄ Ambro. faciliꝰ inuenitur qui ſeruat innocentiam.ꝙ qui agat veram penitentiā. de peni.diſ.j.ſunt qui arbitrantur. qꝺ Beda exponit de clericis luxurioſis.ij.q.vij.ſecuti ſunt.

¶ Quid ſi aliquis ſacerdos habet parochianos cecos vel mutos furioſos vel demoniacos.ſi nutū vel ſcriptura vel ſigno poſſunt cōfiteri faciat homo quod poteſt.xxij queſti ij. faciat.ſinantem oret ſacerdos ad dominum pro talibus ⁊ faciat ppl̄m orare vt dominus illuſtret corda ipſorum ad penitentiā ⁊ miſereatur eis ſicut docet Aug.de conſe. di.ij.ſo...

a ¶ Si ſit meretrix. adde text. ⁊ ibi doc. i c. iter opa. de ſpon.

let queri. tunc enim ei ſcilicet ſacerdoti nihil imputabit: cum de contingentibus nil omiſit. xliiij. diſt. epheſijs.

¶ Quid ſi quis in fine penitet: vel in ſanitate ſed penitentiã non compleuit: vel compleuit penitentiã ſibi iniunctã ſed minorẽ quẽ debuit: quia ſacerdos imperitus et ſimplex neſciuit vel non potuit modo debito arbitrari: nec tamen ipſum abſoluit ſimpliciter ſed ſcdm quod notatur. ſ. eod. §. que penitentia. ver. ſacerdos. ⁊. §. ⁊ an ficte penit. ſub. §. quid de operibus. ver. ad hoc dicas. ad hoc ſciendum eſt qd ſcdm leonem. nemo eſt deſperandus dum in hoc corpore cõſtitutus eſt quia nonnunq̃ qd diffidentia etatis differtur. conſilio maturiori perficitur. de pe. diſtin. vij. c. j. exemplum habes in latrone cuius et ſi ſera fuerit penitentia perfecta tamen ⁊ accelerata fuit indulgentia: tanta em̃ poſſet eſſe contritio q̃ ſufficeret ad omnẽ penitentiã delendam: ita qd talis anima nec per purgatoriũ tranſiret: ſed ad patriam conuolaret. verum hoc periculoſum eſt ⁊ incertum eſt nobis: vt patet in his que no. ſ. eo. §. qualis. ſub. §. feſtina. ⁊ probat Augu. de peni. diſtin. vij. §. j. ⁊. c. nullus expectet. et no. ſ. eo. §. quando cõfitendum. ſub. §. confitendum.

61 Quibus † & qualiter a quibus ⁊ inquantum facienda eſt reſtitutio male acquiſitorum. Breuiter reſpondeas quod dãnum paſſis vel heredibus ſiue ſucceſſoribus eorum ſi extant. ¶ Ab his qui damnum dederunt: vel heredibus eorum. ¶ Et inſolidum ſi facultas ſuppetit facienda eſt reſtitutio alioquin fruſtratoria eſt pn̄ia: q2 ſcdm Augu. non dimittit peccatũ[a] niſi reſtituatur ablatũ. ſ. de vſu. cum tu. xiiij. q. vj. ſi res. ⁊ no. de hoc plene. j. eo. ſub. §. ſi. qui incipit. ſed que forma ſeruãda eſt: ⁊ iunge qd no. ſ. de teſt. §. ad quid heres tenetur. ſub. §. tenetur. ⁊. ſ. de vſur. §. qua pena.

¶ Quid de prelatis vel alijs clericis tenentibus adminiſtrationẽ eccleſiaſticã. et male adminiſtrantibus nunquid tenent̃ eccleſiã reddere indẽnem. ſic. ſ. de elec. q̃ ſicut. §. fin. ⁊ hoc intelligas ſiue prelatus de rebus eccleſie expenderit in meliorationẽ proprij patrimonij vel etiam ſi propter nimiã diligentiã propriorum negotiorum neglexerit negotia eccleſie p̃curare: et ſic eſt eccl'ia dãnũ paſſa. Sed ⁊ de culpa ſeu negligentia procuratoris ſui ſeu vicarij videtur teneri. ſ. de offi. archi. ca que. ſ. de ſta. mo. cũ ad monaſteriũ. §. pe. ff. de cuſt. ⁊ exh. re. l. ſi. ¶ Sed et ſi de ſua aliqua expẽdit in negotijs eccl'ie illa põt recuperare vel etiã heres ſuus: vt ſic fiat q̃dã cõpẽſatio hinc ⁊ inde ſm Goſ. ij. q. vij. latoꝛ in ſi. ⁊ ſm cõſiliũ bracharen. xiij. q. iiij. c. j. ⁊. ij. ⁊ ar. ſ. de reb. eccl. non alie. cpꝫ. ¶ Hoc aũt intelligas quando grauis eſt leſio vel etiã quo ad alienationẽ vl' diminutionẽ rerũ immobiliũ vel mãcipiorũ eccleſie vel etiã reddituũ ſuorũ: nec em̃ prohibetur prelatis quo minus poſſint de fructibus et perceptis redditibus quos ſuos faciunt aliqua erogare. ſm ea que no. ſ. de dona. §. et quid. ¶ Sed et ille prelatus ad reſtitutionem aſtringitur qui propriũ habet. ſ. de preben. de multa. ⁊ de ap. reprehẽſibilis. phĩt aũt oẽs habere propriũ exceptis religionis iugo aſtriptis q̃uis aliud eſſet quãdo erant alia cõia tẽpore. ſ. eccl'ie primitiue. hi autem qui habent propriũ tenẽtur de ſupfluis ſeu de his que ſupſunt largas eleemoſynas erogare. ſcdm hoc itellige. xij. q. j. cpi. ⁊. c. ſint manifeſte. ⁊ qd dicit Aug. ſi priuatim que nobis ſufficiant poſſidemus: nõ ſunt illa noſtra ſed pauperum quorũ p̃curationẽ quodãmodo gerimus nõ proprietatem nobis vſurpatione dãnabili vendicamus. ⁊ qd dicit Hier. qd dñs nõ dignat̃ habere partem cum illo qui propriũ habet: ⁊ alias multas autoritates poſitas. xij. q. j. §. j. et ſeq. c. vſq; ad. §. his omnib⁹. que innuũt qd clerici nõ poſſunt habere propriũ: et dictum. §. his oĩbus. et oĩa ſequentia vſq; in ſi. queſtionis que probant qd propriũ habere phĩt. ¶ Quid de his qui donant inhoneſtis ſuis mulierib⁹: vl' mimis vl' ioculatorib⁹ ſi p̃pter pctm̃ qd cõmittãt vl' p̃pter carnalitatẽ vl' fauorẽ ſcl'i hoc faciunt peccãt mortal'r. lxxxvj. di. donare. ⁊ tenent̃ reſtituere eccl'ie ſi p̃priũ habeãt. de his ẽt q̃ tal'r receperunt nõ eſt dubiũ q̃ tenent̃ ad reſtitutionẽ faciendã. xxiiij. q. vj. ſi res. ſi vero cã eleemoſyne ⁊ pro ſuſtentatione nature cõferant non peccant nec tenent̃ ad reſtitutionẽ dũtamẽ alias abſtineant a pctis. lxxxvj. diſt.

[a] Non dimittit̃. pctm̃. adde regulã pctm̃. d reg. iur. li. vj. gloſ. in c. ſicut dignũ. de homi. abb. in c. iudei. el. j. l. ij. no. de iudeis.

paſce.xij.q.ij.& ſi illi.&.c.gloria epi.xlvij.di.ſicut hi.& hoc maxime cauſa hoſpitalitatis licet qñ caſu fortuito veniſſẽt nec alias quid comederent, de facili inuenirent. arg.xlij. diſtin. quieſcamus.xj.q.iij. quoniam multos.j.titu.j.ſi vere.&.c.cum voluntate.❡Sed cui fiet reſtitutio ab hiſtrione vl' a meretrice: qui non debuit hoc recipere propter pctm̃ committendũ nunquid illi qui dedit. non ſed ſucceſſori ſuo vel ſuperiori qui hoc in vtilitatem eccleſie expẽdat.argu.xvij. queſtione.iiij.ſi quis in atro.ꝫ.de offic.ordina. cum vos.ꝫ.de cle.coniuga.diuerſis fallacijs.in fin.nec ob.ꝫ. de deci.tua nobis.§.j.ver. pretextu.qꝛ illud intelligitur quã do is qui tenetur ad reſtitutionem non receperat a clerico id quod tenetur reſtituere, et ſic non erat clericus particeps in delicto, vbi ergo particeps eſt clericus non fit ei reſtitutio vt puniat̃ in eo in quo deliquit. ꝫ.de iure immu.c. fi. & de iure pa. paſto. & de tẽpo.ordi.l.fas. ❡Quid de muliere que filium ſuſcepit de adulterio [a] vel partum ſupponit: vt ſic hereditas mariti ad filium ſuſceptuꝫ de adulterio vel ſuppoſitum partum perueniat.hic notandum quod partus ſuppoſiti accuſatio nullo tempore clauditur. vnde et poſt mortem illius qui cõmiſit de hoc querẽdũ eſt. ff. de falſis qui falſam.§.j.contra regulam ſecundum quam crimina morte extinguuntur.xxiiij.diſtin. quorũdam.C.de falſis.querelã.non tamen eſt hec accuſatio popularis: ſꝫ his tã tum quorum itereſt competit. ff.de fal.l.cor.ij.§.j.❡Tali autem mulieri non videtur quod poſſit de leui conſuli: qꝛ ſi hoc reuelat multiplex periculum imminere põt: forte vir dimittet eam: & ſic continere nequẽtes vterq; adulterabitur. ſient guerre inter parẽtes viri & mulieris & homicidia committentur: preterea quid proderit ſi fiat hec reuelatio quia nõ crederetur ei de adulterio in preiudicium filij forſitan hoc negantis: nec forſan ſuppoſitio probari poteſt et ſic non obeſt filio: quem nuptie demonſtrant. ff. de his qui ſui vel alie. iu. ſunt. filiũ. & arg. ꝫ. qui filij ſint legi. p tuas. & de proba. per tuas. ❡Si vero hoc non reuelat: durante hac fraude non vr̃ qd debeat ei pnĩa iniungi. ar. j. eo. ꝙ quidã. xxiiij. q. vj. ſi res. ❡Solu. tali mulieri etiam durãte fraude iſta non eſt pnĩa deneganda. Sed ſiue maritus habeat alios filios vel parentes: qui ab inteſtato venirent: ſiue alios heredes ſibi inſtituerit ſiue ꝓpter hoc dimittat qd nõ inſtituat. nam & quo ad hoc peccat mulier indiſtincte qd per hoc videtur impedire factionem liberam teſtamenti. C. ſi quis aliquem teſta. prohi. l. j. & ij. in his omnibus cauſibus eſt eidem mulieri per diſcretũ ſacerdoteꝫ cõpetens ſatiſſfactio iniungenda. & hoc eſt ꝙ legitur totum & ſoluitur et expreſſim determinatur. j. eo. officij. ❡Et no. ꝙ dicit diſcretum ſacerdotem ſubaudi tu & cautum: vt. ſ. ſciat hoc celare non publicet. j. eo. omnis. & not. ꝫ. eo. §. in quo tenetur ſacerdos. & vt ſciat cõſulere mulieri. qd vt cautius faciat conſiderare dꝫ qualitates perſonarum tam mariti q̃ mulieris & filij putatiui. Si eñ mulier dñatur viro & confidit de ipſo intantum qd ſecure poteſt ei dicere. et qd inde faciet quicquid voluerit ſicut alique mulieres inueniuntur de quibus dicitur vulgariter in lombardia qd lumbare ſiue bragarium portant: et aliq̃ etiam inueniunt̃ que ſcientibꝰ viris adulterantur: nec viri audent etiam inde loqui. et ego etiã inueni aliquam quã maritus non poterat cognoſcere & ſuſtinebat ꝙ ab alio cognoſceret̃. et filios tñ ab aliquo ſuſceptos nutriebat tanq̃ ſuos in tali caſu tute poteſt ſacerdos ꝯſulere ꝙ hoc reuelet marito ex quo conſentit vir quo ad reſtitutioneꝫ eſt mulier abſoluta quia cõceſſum eſt marito ſuo diſponere ſicut placet. C. de iude. nemo exterus. C. manda. in re mandata. ❡Si vero periculum immineret in reuelatione marito facienda ſicut pro maiori parte preſumendum eſt & filius putatiuus ſit homo ſimplex & ſpiritualis et timens deum recepto iuramento a muliere quod hoc non proponit malitioſe et a filio quod ſecretum teneat. ſi hoc tamen viderit expedire poterit hoc illi ſecreto filio reuelari. et inducendus erit vel intret religionem vel ad remotas vltra mare vel alibi ſe tranſferat regiones et de hereditate nil habeat vel cõtingat: & ſic quo ad ſatiſfactionem hereditatis mulier ſimiliter eſt in tuto. ❡Sed nunquid tenetur filius de conſumptis bona fide non puto. argumen. C. de rei vendit. certum eſt. mulier tamen tenetur ſicut not. ꝫ. eo. ver. ſeq.

[a] ❡Quid d muliere q̃ filiũ ſuſcepit d adulterio. ad d. tex. i. c. officij. & ibi docto. de pe. & remiſ.

verſ.ſeq. ¶ Quod ſi fili⁹ nõ eſt talis: nec vult
credere mulieri neq; cõſilio ſacerdotis acq̃e-
ſcere vel ei periculum eſt reuelare tũc nullũ
reſtat remediũ niſi q̄ mulier ſi ꝓpriũ habeat
his qui ab inteſtato venirent vel alijs ſcript[is]
heredibus quo ad valorem partis iſtius pu
tatiui filij eſtimationẽ per eũ conſumptorũ
ſatiſfaciat cõpetenter: vel ſi tales non extant
faciat inde elemoſynam de epi dioceſani cõ
ſilio & conſenſu: ſicut not. ſi'ke. j. eod. ſub. § qd
de predam ementibus. ver. quid ſi nõ põt re-
periri dñs. ¶ Uerum ſi ꝓpriũ nõ h;: vel non
põt ad plenũ ſatiſfacere doleat de pctõ ꝓpo
nens firmiter in mente q̄ q̃cito poterit ſatiſ
faciet iuxta poſſe. ſatiſfactio etiam ſi facultas
ſatiſfaciendi adeſt: caute fiat per eundẽ ſacer
dotem ſ. vel aliam interpoſitã perſonã que &
caute hoc ſciat facere: vez ſic dicendo q̃dam
perſona tenetur vobis in tm̃. ¶ Ecce ego vo-
bis reddo: accipiatis qđ veſtrum eſt vel ſi nõ
poteſt ſatiſfacere mulier poterit dicere q̃dam
perſona tenetur vobis in tm̃ penitet multum
de pctõ ſupplico pro deo & ſalute aie veſtre:
q̄ ei remittatis. ſic intellige. j. eo. officij. & arg.
xxij. q. v. hoc videtur. ſuper quo vide qđ no. ſ.
de vſur. § qua pena. ſub. § alia a iudice. verſ.
quid ſi fenerator partem pecunie. & ſeq. & pre
ced. in hoc tñ diſtingui põt: ſicut no. j. eo. ſub
§ ſed que forma ſeruanda eſt. ver. quid ſi is
qui tenetur reſtituere & ſeq. ¶ Sed & conſide
rare d; ſacerdos qualitatem perſone cui hoc
dicet: nam ſi forte ſuper hoc eſſet fama: vel is
cui dicit hoc aliquã malam ſuſpitionẽ poſſ;
habere de muliere ꝓpter quod forte ad dñm
terre recurreret: & ipſam facere ponere in tor
mentis melius eſſet tacere: & contritio ſuffi-
ceret mulieri. arg. xxij. q. ij. nequis. Illud etiã
caueat omnino ſacerdos ne hoc reuelet iudici
cuicunq;. ſ. de excef. prela. dilectus.

¶ Quid de naufragijs. & quidem talia poſ-
ſunt occupari: vt ſalua fiant: & dño reddunt
ſicut conſueuit not. ſ. de accu. cum dilecti eſt
tñ totum reſtituendũ ff. de incen. rui. nau. l. ſi
quis ex naufragio: nõ obſtante ↄtra cõſuetu
dine vel ſtatuto: & idem de rebus pegrinorũ
in hoſpitijs mortuorum: qđ dic vt no. ſ. de rap.
ſub rub. de incendia. § cõtra quẽ. & § in ſtũ.
& § qua pena. & ſ. de peregri. § & quo priuile
gio. ver. de priuilegij. & ſequ. ¶ De pedagijs
vero dic vt no. ſ. de cenſi. § ex quibus cauſis
ver. exactiones aũt pedagiorum. & ſeq.

¶ Quid de q̃ſtis & tallijs: & quidem ſi appeat
inſtrm̃ inde factum. qñ dñs colonis conceſſit
predia: ſicut aliquoties fieri cõſueuit: pacta
ſeruanda erunt. ſ. de pac. antigonus. nam et
quilibet in traditione rei ſue: põt pactum ap
ponere. ſ. de condi. app. verſi. xviij. qđ. ſi. eleu-
therius. & ſi de his que certa ſunt aliud reti-
nuerit ſubditus vel ſubtraxerit vel diminue
rit vel celauerit ex certa ſcia d; tanq̃ fur et
latro ad reſtitutionẽ faciendam induci. idem
intelligas q̄ ſi inſtrm̃ non extet: tñ antiqua
tallia & certa ſi ſcitur vel creditur probabil'r
q̄ ab initio ex iuſta cã fuerit ĩpoſita ſm Ray.
qđ dic vt not ſ. de cenſi. § quis cenſus. ¶ Si
vero non eſt dictũ quota tallia fiat: ſed indefi
nite dictũ eſt q̄ dñs in tali hoĩe: vel in tali ca
ſamẽto poſſit talliã facere: intelligi d; mode-
ratam: cõſiderata facultate hoĩs: ſeu caſamẽ
